AMBROSII MORALES
OPUSCULA HISTORICA,

QUORUM EXEMPLARIA IN R. D. LAURENTII

BIBLIOTHECA

VULGO DEL ESCORIAL

CUSTODIUNTUR:

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA, ATQUE EXACTA DIVERSORUM CODICUM RECENSIONE RECOGNITA, ET ADJECTIS QUIBUSDAM NOTULIS ILLUSTRATA.

COLLECTORE, ANNOTATOREQUE

FR. FRANCISCO VALERIO CIFONTANO
ejusdem Regalis Monasterii Bibliothec. atque Hebraicæ Linguæ Cathedr.

TOMUS III.

MATRITI MDCCXCIII.
EX TYPOGRAPHIA BENEDICTI CANO.

ADVERTENCIA
DEL PADRE CIFUENTES
REMITIDA
A DON BENITO CANO.

Los Opúsculos contenidos en este tercer tomo son todos latinos, y copiados del códice que exîste en esta Librería; la mayor parte de ellos son pertenecientes á la Historia Eclesiástica de España. El órden que guardan entre sí en esta primera edicion es el cronológico de que son susceptibles, con arreglo á las materias de que tratan, y al tiempo en que floreciéron los Autores de cuyas obras se forman estos Opúsculos.

Se ha puesto en primer lugar el Opúsculo, cuyo título es, *Catholica temporum*; por ser el mas genérico ó indeterminado, y en el que en cierto modo se contienen todos los demas. Trátase en él de los años de la Creacion del Mundo segun el cómputo de los Hebreos, y el de los Setenta Intérpretes: del año del Nacimiento de Christo, del de la fundacion de Roma, del de la Era del César, y del de la entrada de los Arabes en España: á éste he agregado otro opusculito intitulado, *Historiographi famosiores cum vetusti, tum novi, Græci & Latini, atque Hispani*; porque tratan de las cosas acontecidas en el mundo en general, con arreglo á los cómputos de años expresados en el primero. Síguense

despues los Opúsculos históricos que pertenecen determinadamente á nuestra España por este órden.

Ocupa el segundo lugar el Opúsculo, *Excerpta historica ex codicibus pervetustis Toletanæ Ecclesiæ, Bibliothecæ Escurialensis, & Monasterii Carracedensis*. El primero de estos extractos es del libro Apologético de Samson Abad Rector de la Iglesia de San Zoyl de Córdoba, escrito en su defensa contra Hostigesio, Obispo de Málaga, y de otros que mucho le perseguian. El segundo es de dos libros que Heterio, Obispo de Osma, y Beato, Sacerdote de Lievana, escribiéron contra Elipando, Arzobispo de Toledo, que dogmatizaba que Christo era solamente hijo adoptivo de Dios: cuyo error confutan con mucha doctrina, y agudeza de ingenio, y confirman la doctrina católica, que enseña que es hijo natural, y consubstancial al Padre. El tercer extracto es de dos códices antiquísimos de esta Real Biblioteca de San Lorenzo, llamado el uno *Albendense*, ó por otro nombre el *Vigilano*, por haberlo escrito un Monge llamado Vigila. Regalóselo á Felipe II. el Conde de Buendia como alhaja digna de un tan gran Príncipe, que sabia apreciarla, bien así como á todo hombre de letras: y el Rey la entregó á este Real Monasterio para enriquecer su Biblioteca. Se empezó á escribir este código el año de la Natividad del Señor nuevecientos y setenta y seis, y se acabó de escribir á los veinte y cinco de Mayo del mismo año, como consta al fin de él. En el mismo dia de Mayo de este presente año de 1792 cuenta ochocientos diez y seis años de antigüedad. Con éste entregó tambien dicho Señor Rey otro có-

código de Concilios, llamado el *Emilianense*, que fué del Ilustrísimo Señor Don Ponce de Leon, Obispo de Palencia, é Inquisidor General, diligentísimo en investigar manuscritos antiguos. Se empezó á escribir este código en el año de 962, y se acabó en el 964. Copióse la mayor parte por el Vigilano (a), el qual se acabó diez y ocho años ántes. Mandó el Rey á Morales que le expusiese su dictámen sobre la utilidad y contenido en estos dos antiquísimos códices; y el dictámen que dió es el que va aquí colocado en este segundo lugar, por las razones que en él expresamos. El quarto extracto histórico es de otros dos códices antiguos de Concilios pertenecientes á la Santa Iglesia de Toledo. Con estos y los dos arriba expresados de esta Real Biblioteca del Escorial hace el autor una confrontacion muy exâcta y puntual de los Concilios contenidos en unos y otros, apuntando al márgen en lo que convienen ó disconvienen. De todos los Concilios extracta las cabezas, títulos, parte de los capítulos, fin, subscripciones, y todo lo que pertenece para la inteligencia de la Historia de España de aquellos tiempos.

El tercer Opúsculo son las obras de San Valerio, Abad del Monasterio de Carracedo, del Orden de San Benito, con varias notas al márgen puestas de mano de Morales, como se hallan en el exemplar de esta Real Biblioteca. Estas, y los extractos históricos de los Concilios, del Apologético de Samson Abad, de los dos libros de Heterio y Beato, &c. se han confrontado con las

(a) Véase al M. Florez, tom. V. de la España Sagr. p. 370. b. y tom. 3. pág. XXXIII. del Apend.

las ediciones mas correctas, que se han hecho de dichas obras. Para la confrontacion de las dos cartas de Montano se ha tenido presente la correcta y muy ilustrada edicion Matritense de los SS. PP. de Toledo: para los extractos de Concilios y Homilía de San Leandro *in laudem Ecclesiæ*, la edicion régia Parisiense de la coleccion de Harduyno: para la confrontacion de Heterio y Beato el tomo 4º de la Biblioteca veterum PP.: y para las obras de San Valerio los tomos 15 y 16 de la España Sagrada del Rmo. Florez, en los que publicó todas las obras del Santo Abad. En todas estas obras he sacado al márgen algunas breves notas, pertenecientes á los puntos de historia que en ellos se toca, ó á la varia leccion del texto, segun los varios códices y ediciones; y mas principalmente en la vida y peregrinacion de Santa Etheria, la que he confrontado tambien con un códice antiguo de letra gótica, que se conserva en esta Real Biblioteca: de cuya antigüedad, forma, pergamino y demas obras contenidas en él, se da razon en el principio de la vida de la Santa. Al principio de cada uno de estos opúsculos he añadido tambien una breve noticia de la vida y hechos de los Autores, de cuyas obras sacó nuestro autor estos extractos.

Síguese por Opúsculo quarto la vida y oficio eclesiástico de San Diego de Alcalá, que floreció algunos siglos despues que los Santos y Autores, de quienes se trata en el Opúsculo tercero. Todo el oficio y vida se conserva escrito de mano de Morales, con muchas é instructivas notas acerca del uso, órden y estilo, que observa la Iglesia en la formacion de los oficios de los Santos.

En quinto y último lugar he colocado la des-

crip-

cripcion ó narracion histórica de la Batalla naval de Lepanto, por ser tambien la última y posterior á los demas opúsculos en el órden de los tiempos. Dexóla el Autor escrita de su mano, pero incompleta. En ella da noticias muy individuales de todos los preparativos que se hiciéron para la armada: numera las distinguidas personas que se alistáron en ella, y quanto sucedió hasta pocos dias ántes de efectuarse la accion. Refiere cosas muy dignas de saberse sobre el valor, zelo, actividad y desinteres de nuestros Españoles, y con especialidad del Serenísimo Señor Don Juan de Austria. Y porque una accion tan gloriosa para nuestra España, y aun para toda la Christiandad es la parte principal de este opúsculo, la he suplido, extractándola de la que escribió Gabaucio en la vida de San Pio V.

Estos son todos los Opúsculos latinos de Ambrosio de Morales, que se conservan hasta ahora ineditos y originales en esta Real Biblioteca del Escorial. El número de ellos asciende á cinco, que forman este tercer tomo; sin contar los fragmentos de la conquista de la Tierra Santa, los de Retórica, Epigrammate, &c. que por dislocados é incompletos no pueden por ahora ver la luz pública. Por todo lo ya expresado quedará impuesto el lector del órden ó disposicion que llevan entre sí: de la separacion hecha entre castellanos y latinos, y el por qué, de las notas históricas que les he añadido, ó para completarlos, ó para de algun modo ilustrarlos: de la mucha variedad de materias instructivas, y tratados útiles: del motivo que me mueve á publicarlos, y en suma podrá formar una idea general de todos y de cada uno de estos Opúscu-

culos, y de quanto en sí incluyen. Espero sea de la aprobacion del erudito lector esta noticia prévia, no ménos que la ofrenda principal que le pongo en sus manos del *Corifeo ó Príncipe de nuestra Historia*, *el esclarecido y muy piadoso Ambrosio de Morales.*

EDI-

EDITORIS PRÆFATIO BREVIS.

Consilium nostrum in hac prima Opusculorum Moralii editione, operamque in ea perficienda collocatam, satis superque scire poteris, lector benevole, ex illis quas jam in alterius tomi præfatione adduximus rationibus. Nimirum quòd studiosis omnibus præsentiebamus gratissimum haud dubie futurum si id fecerimus, ut Moralii nostri opuscula omnia, quotquot extant in hac D. Laur. R. Bibliotheca inecdita, publicam lucem aspexissent; prima nobis cura fuit Codices mss. in quibus reperiuntur sparsa consulere: ea transcribere; unum quodque eorum ex ordine collocare, idque omne qua potuimus diligentia & rarione. Deinde operam nostram contulimus, in transcriptis cum exemplaribus Auctoris excutiendis, atque istis cum editionibus, & aliis, si qui sunt in hac Bibliotheca, Codicibus conferendis. Itaque editiones perlucidas SS. PP. Toletanorum, etiam & Conciliorum omnium Collectiones ab Harduyno, ac demum Cl. Florezii, qui Tom. XV. & XVI. Hispaniæ Sacræ universa S. Valerii gesta clarè & dilucide expressit, ad manum habuimus; quæ & operam nostram non parum juvarunt, & nobis occasionem prebuere aliquas variæ lectionis notas ad libri oram adjicere. Hæc de consilio nostro & opera in præsenti editione tibi dixisse suficiat.

Qualem vero in præfatis edendis opusculis observaverimus œconomiam paucis habe. Opusculorum, prout quodque universalior est, aut de rebus gestis generatim vel speciatim agit, ita & cæ-

cæteros præcedit aut subsequitur: uniuscujusque Auctoris vitam ipsius operibus in compendium redactam præfigimus; vel ex Moralii nostri Historia, vel ex aliorum elogiis transcriptam. Nonnullas item aliquando opusculis hisce notulas subjicimus, quando id nobis oporteret visum fuit. Verum hoc quantum quantum illud est æqui bonique consulere postulamus. Hoc demum pro certo scias velim, optime lector, in toto hocce consilio & labore capessendo, non aliud nobis propositum fuit, quam ut nostris, precipue Hispanis viris studiosis, quoquomodo in hisce opusculis edendis eruditione varia repletis placeremus.

CATHOLICA TEMPORUM
sive de Anno Nativitatis Christi D.

Annus Dominicæ Nativitatis Eusebio est annus mundi quintus millessimus, centessimus, nonagessimus, nonus. . . . . V.M.C.XC.IX.

Idem annus Dominicæ Nativitatis Paulo Orosio libro primo, cap. primo est annus Mundi idem qui Eusebio, nempe quintus millessimus, centessimus, nonagessimus, nonus. . . . . V.M.C.XC.IX.

Beda, Cassiodorus, atque alii plures idem sequuntur.

Est autem hæc supputatio ex sacris literis, juxta septuaginta Interpretes. Nam Hebraicæ veritatis computatio ad annum Christi nati ab mundi primordio pauciores annos numerat: nimirum: Annus Nativitatis Dominicæ Hebraicæ veritati est annus mundi tertius millessimus nongentessimus quinquagessimus secundus. Si qui paucis annis variant, aut errore scriptorum fit, aut levibus de causis, quæ nihil quemquam morari, aut conturbare debeant. Hic Hebraicæ veritatis numerus minor est, Septuaginta Interpretum numero, mille ducentis quadraginta septem annis.

An verior sit Hebraicæ veritatis, an Septuaginta Interpretum super eo computatio?

Fuit jam olim celebris admodum Quæstio, quam & notissimam. D. Augustinus appellat.

Quænam computatio verior haberi deberet? Hebraicæ veritatis, an Septuaginta Interpretum versionis? Eam quæstionem late admodum Divus Hieronymus in quæstionibus super Genesim, Divus quoque Augustinus lib. de Civitate Dei, quinto decimo, capite decimo cum sequentibus, late pertractarunt. Et censent quidem veritatis Hebraicæ fontem puriorem esse, quam rivus is Interpretationis, qui inde corrivetur. Cæterum Historici ferme omnes ac Sacri Doctores, cum Eusebio, Septuaginta Interpretum computationem sequuntur.

Et hæ sane supputationes duæ celeberrimæ sunt habitæ: neque ullas alias quisquam unquam cum his judicavit, aut judicat conferendas. Cæterum Alfonsus decimus cognomento Sapiens Hispaniæ Rex novam invenit annorum ab exordio mundi rationem.

Annus enim Dominicæ Nativitatis Alfonso Regi est sextus, millessimus, nongentessimus, octuagessimus quartus. VI.M.DCCCC.LXXXIIII.

Ratio novæ computationis ineundæ, atque inveniendæ hæc videtur fuisse. Homo Astronomiæ peritissimus, cum syderum cursus & conversiones exactissime calleret, exquisitissime notaret, intellexit tantum motus & cursus jam confecisse, ut is annorum numerus, quem ipse signabat, prorsus esset necessarius, ut ad id conversionis pervenissent: qui si retro deforet, impossibile esset tantum sydera promovisse.

Quamvis tamen Alfonsus Rex hanc ex astrorum circumactionibus computationem invenisset, ea tamen ipse in historiis, quas conscribi fecerat, nunquam est usus. Sed neque certum annorum nu-

numerum, in mundi annis, in ejus historia reperias. Annus Nativitatis, & Cæsaris Era recte ibi signantur; ut in obitu Regis Ferdinandi, quem Sanctum nominant, hoc est, in calce totius operis apparet. Probe namque annum eum Domini numerat millessimum ducentessimum quinquagessimum secundum: quam eandem summam scripta ejus anni antiqua monumenta testantur. Illud hic animadvertendum: Roderici Archiepiscopi supputationem in impressis codicibus exactissime cum Alfonsi Choronicis convenire; quod in calce operis apparet, ubi annum Regis Ferdinandi Sancti sextum & vigessimum, eundem esse Incarnationis Dominicæ millessimum ducentessimum quadragessimum tertium commemorat. — Et hæc quidem de annis mundi.

De Anno Urbis condite.

Celebris est etiam supputatio annorum ab condita urbe Roma, & Romanis historicis familiaris. Fuit autem Roma condita anno, ab exordio mundi, secundum Hebraicam veritatem. IIIU.CC.II.

Secundum Septuaginta Interpretes. . . . . IIIIU.CCCC.XLIX.

Juxta Alfonsi Regis supputationem condita urbs est. . . . . An.M.VIU.CC.XXXII.

Condita autem urbs Roma est, Tertulliano auctore, septingentessimo quinquagessimo anno ante Christi Domini nostri Nativitatem. C. Lentulo, & L. Messala Coss.

Sed de omnium faustissima computatione

Do-

Dominicæ Nativitatis unius, aut alterius est anni inter probatissimos auctores controversia. Tertullianus namque in lib. contra Judæos natum fuisse Jesum Christum Servatorem dixit anno, ut paulo ante diximus ab urbe condita, septingentessimo quinquagessimo, C. Lentulo, & L. Messala Coss. Qui annus erat Augusti quadragessimus primus. Tertullianum sequuntur Eusebius, Lactantius, Orosius, Eutropius, Cassiodorus, Divus etiam Augustinus, ac ferme omnes sacri profanique auctores.

Cuspinianus ac Panuinius multa disputant, omnesque omnium opiniones & referunt, & confutant. Tandem constituunt Annum Christi nati fuisse eundem, quo Augustus tertium decimum & M. Plautius Sylvanus Coss. fuerunt, qui annus est insequens post C. Lentulum, & L. Messalam Coss. Estque Imperii Augusti quadragessimus secundus. Cuspinianus, & Panuinius in hoc variant, quod hic annus Cuspiniano est conditæ Urbis D.CC.LI. Panuinio D.CC.LII. Quæ varietas inde esse potest, quod inclusive hic, ille exclusive, uti ajunt, computat: quamobrem neminem debeat conturbare.

Quod autem varia Consulum nomina apud eos auctores, qui annum Christi nati reperiantur, ad recentem illorum temporum morem est referendum. Jam enim tunc singulis annis & ordinarii Coss. erant, & suffecti in ordinariorum locum. Variant anni duo, variare quoque possunt octo Coss. nomina sine errore.

Illud notandum maxime: si Nativitatem Dominicam ad annum solarem & Julianum referas, hoc est; ab Julio Cæsare emendatum, exigit tantum primus annus Christi exorti septem dies, qui inter ejus ortum ac Januarii Cal. intercesserunt,

runt, cum inclusive diem ortus, exclusive Calendarium numeres. Itaque primus annus ab Christo nato insequens est post Aug. & M. Plautium Coss. Qui Coss. habuit Cornelium Lentulum Isauricum, & L. Calpurnium Pisonem. Romani Pontifices solent Incarnationis Dominicæ, non Nativitatis annos computare. Ea supputatio major est novem menses, quam sit Nativitatis annus, sed enim.

De anno ingressus Arabum in Hispaniam.

Est illa quoque celebris & vulgata in nostris Hispanorum Annalibus ratio computandi, ab Arabum in Hispaniam ingressu. Magnitudo Cladis, quæ per septingentos atque eo amplius annos vix potuit finem habere, effecit, ut inclyta ejus memoria apud omnes perduraret. Ingressi igitur sunt Arabes in Hispaniam ipsam devastaturi.

Anno Mundi juxta Septuag. Interpretum computationem. . Vɥ.DCCCC.XIII.

Juxta Hebraicam veritatem. IIIIɥ.LXI.

Juxta Alfonsi comput. annus mundi agebatur. . . . . . VIIɥ.DC.XCVIII.

Erat is annus ab urbe condita. . . . . Iɥ.CCCC.LXV.

Erat is annus Dom. Nativ. septuag. decimusquartus, . . . DCC.XIIII.

Roderico Toletano Pontifice auctore, quem tanquam fidus interpres generale Chronicon sequitur: sequitur etiam Hieronymus Zurita. Sunt qui annum eum DCCXVII. fuisse dicant: quæ trium annorum varietas, si ex inclusiva, & exclusiva computatione, ut ajunt, non possit constare, potest referri ad tres illos annos, quos generale Chronicon ex Roderico connumerat.

An-

Anno primo Arabes pauci numero Hispaniam ingrediuntur; in sequenti anno ingenti cum multitudine transfretarunt: tertio demun anno Rodericum Regem devicerunt. Sed neque is annus devicti Regis DCC.XIIII. Domin. Nativitatis prætergreditur, juxta Roderici Archiepiscopi ratiocinationem.

De Æra Cæsaris.

Æra Cæsaris, ejusque computatio usurpata frequenter in nostris Historiis, admodum est nota. Excedit enim annum Domin. Nativitatis annis XXXVIII. Quos si Dominicæ Nativitatis annis quis superadjecerit, Æræ annum certum legitimumque habebit.

Initium Regni Regis Alfonsi decimi, cognomento sapientis, annus fuit Dominicæ Nativitatis.	M.CC.LII.
Erat is annus mundi juxta Hebraicam veritatem.	VIU.CCCC.LI.
Juxta Septuaginta.	VIIU.DCC.LII.
Juxta eundem Alfonsum Regem.	VIIIU.CC.XXXV.
Erat idem annus ab urbe condita.	IIU.IIII.
Idem annus erat ab ingressu Arabum in Hispaniam.	D.XXXVIII.

Catholica temporum, anno in quo fit hæc supputatio.

Annus hic Dominicæ Nativitatis, in quo hæc supputamus.	M.D.LXV.
Secundum Hebræos.	VU.D.XVII.
Secundum Septuaginta. . .	VIU.DCC.LXIIII.
Secundum Regem Alfonsum.	VIIIU.D.XLVIII.
Idem annus erat ab urbe condita.	IIU.CCC.XVII.
Idem erat annus ab Arabum in Hisp. ingressu.	D.CCC.LI.

Honorii Supputatio.

Prima Ætas ab Adam ad Noe, secundum Hebræos continet.	M.DC.XLII. annos.
Secundum Septuaginta. . .	IIM.CC.LXII.
Secunda Ætas á Noe ad Abraham, secundum Hebræos.	CC.XCII.
Juxta Septuaginta.	DCCCC.XLV.
Tertia Ætas ab Abraham usque ad David, secundum Hebræos item & Septuaginta, qui hic non discrepant, anni sunt.	DCCCC.XL.
Quarta Ætas à David usque ad transmigrationem Babilonis, juxta Hebraicam veritatem annos habet.	CCCC.LXXII.

Secundum Septuaginta In-

terpretes duodecim amplius
annos habet, hoc est. . . . CCCC.LXXXVII.

Quinta Ætas ab Captivitate Babiloniæ ad Christum natum numerat annos. . . . D.LXXXVII.

Quo in numero & veritas Hebraica, & Septuaginta Interpretum versio consentiunt. (*a*).

(*a*) Omnia hæc manu Auctoris propria scripta manent.

HIS-

HISTORIOGRAPHI FAMOSIORES

CUM VETERIS, TUM NOVI,

GRÆCI, ET LATINI,

ATQUE HISPANI.

HISTORIA

Aut priscorum temporum est & antiquissimorum, quæ proxime ad initia generis humani accesserunt: aut Græcorum & finitimarum ad Asiam gentium res gestas continet, aut Imperii Romani facta describit: aut inclinante jam Roma & convulso disjectoque Imperio, eorum gesta commemorat, quibus veluti laceri cadaveris membra, dissipati Romani Imperii partes cesserunt.

Priscæ Historiæ ac primevæ Auctores.

Berosus, Metasthenes cum reliquis, quos Joannes Annius in unum coegit, & commentariis illustravit.

Huc pertinent sacræ in primis litteræ; sacrosancti rerum fere omnium ab ipso mundi exordio indices. — Item Josephi de Antiquitatibus Judæorum libri; ex iis ipsis sacris libris ad verbum pene desumpti.

Justinus, qui Historicus inde est dictus, quod difussam & per omnium rerum ac temporum vastitatem late dispersam Trogi Pompeji historiam in epitomen redegit, inter priscæ historiæ Auctores poterit computari. — Herodotus item, & Diodorus Siculus, qui duo cum græce scripserint, latini facti circunferuntur. Sicut & alii

alii Græci, quos sum deinceps nominaturus.

Eusebii Chronicon ad hanc quoque historiæ partem spectat.

Græcarum rerum Scriptores.

Vitæ Plutarchi imprimis totius Greciæ historiam latius persequuntur, ex comparatione autem bonam Romanæ historiæ partem complectuntur.

Thucidides plenus est rerum græcarum, quamquam unum Peloponesiacum bellum tantummodo persequatur.

Pausanias etiam poterit inter historicos computari, quemadmodum & Atheneus alicui videri possit historicus.

Xenophontis quædam historiam continent, Cyri Minoris Anabasis Commentaria de dictis, factisque Socratis. — Lacedemoniorum Respublica. Adde etiam, si placet, Cyripædiam, opus omnium lectione, vel unius Scipionis exemplo dignissimum. Reliquos Græcarum rerum Auctores tantum nominabo.

Diogenes Laertius de Vitis Philosophorum.
Philostratus de Vita Apollonii.
Ælianus de Varia Historia.
Vitæ decem Rhetorum Plutarchi.
Æmilius Probus de Externis Ducibus.
Vitæ Sophistarum Philostrati.
Dictus Cretensis, & Dares de bello Trojano.
Quintus Curtius.
Arrianus, qui & ipse de Alexandro scripsit.
Fornutus de Natura Deorum.
Palephatus de non credendis Historiis.
Higinius cum aliis.
Suidas sit etiam nobis Historicus. Et is quoque

que latine jam legitur. Strabo etiam inter Historicos computetur.

Historiæ Romanæ Auctores.

Titus Livius suo jure inter omnes facile princeps.

Salustius qui ei opponitur, sed maxima pars operum ejus intercidit.

Dionysius Alicarnaseus.

Polibius.

Lucius Florus.

Vellejus Paterculus cum aliis qui ei sunt in vulgatis editionibus conjuncti.

Appianus Alexandrinus.

Commentaria Cæsaris.

Paulus Orosius.

Valerius Maximus.

Josephus de Bello Judaico.

Cornelius Tacitus.

Suetonius, Lampridius, Flavius Vopiscus, & cæteri, qui tribus tomis sunt nuper Lugduni distributi.

Jullius Obsequens de Prodigiis.

Julius Frontinus de Stratagemmatibus.

Idem de Aquæductibus.

Herodianus.

Sed quis ab hac Commemoratione Plinium audeat excludere? Is enim non unius temporis, non gentis unius, non Provintiæ cujuspiam res gestas, sed totius in universum naturæ historiam & animo, & scripto opere completus est. Quanto ergo cum piaculo taceretur.

Idem ipsum me cogit ut neque Aristotelis de Animalibus, neque Theophrasti, & Dioscoridis historiam prætercam.

Egesippus.

Auc-

Auctores Ecclesiasticæ Historiæ.

Eusebius, & Tripartita Historia cujus Auctores duos seorsum jam latini facti leguntur integri, Nicephorus, & Theodoretus. Adde eos qui Eusebio sunt adjuncti.

Victor, &c.

Seorsum vitam Constantini Eusebius scripsit.

Ammianus Marcellinus.

Procopius.

Eutropius.

Paulus Diaconus.

Zonaras cum aliis.

Abdias de Vita Apostolorum.

Pomponius Mela, & Solinus sint & ipsi Historici. Cum Plinium & Strabonem inter Historicos computaverimus. Aulus etiam Gellius multum habet historicæ cognitionis: & Lucanum & Persilium Italicum sunt qui historicis magis quam Poetis annumerent.

Hi antiqui omnes. Cæterum ex junioribus Romanam Historiam præsertim prosequuntur. Blondus Flavius in utroque opere de Roma triumphante, de Italia illustrata: Item, In Decadibus Joannes Cuspinianus de Imperatoribus. — Item, De Consulibus, quo ex opere multi deinceps quam plurima transtulere. Veluti fontem credas, quo haustum omnes convenere.

Commentaria Reipublicæ Romanæ Vuolphangi Lazii. Item ejusdem opus de Gentium migrationibus. — Item de Notitia Provintiarum.

Honuphrii Pannuvini de Cæsaribus, de Summis Pontificibus, de Republica Romana, Fasti, triumphi, &c.

Guillielmi Schof. opus de Religione & Castra-

trametatione Romanorum multa habet ad Romanam historiam pertinentia. Gallice scripsit, Italice versus est.

Quis in hoc numero non Petrum Messiam nostrum non desideret? An quod materna, hoc est, hispana lingua scripsit, ideo vel dignitatis in dicendo, vel diligentiæ in perquirendo, vel judicii denique in prosequendo & deligendo quippiam videtur amisisse?

Sabellicus res Romanas interserit in totius orbis sæculorumque omnium historia. Similis est Nauclerus.

Raphaelis Volaterranii commentaria plurimum habent historiæ.

Historici recentiores, præter eos quos Romanis adjunximus.

Supplementum Chronicorum ad seriem temporum & rerum diversis locis gestarum connexionem est plane necessarium. Nisi si quis id ipsum ex Nauclero aut Sabellico petendum potius putet.

Sabellici Decades de rebus Venetorum.

Paulus Æmilius de gestis Francorum.

Robertus Gaguinus de iisdem. Item.

Frosardus.

Polidorus Virgilius res Anglorum magnifice scripsit.

Saxo de rebus Danorum.

Joannes Magnus. It. Olaus Magnus ejus frater de rebus Gothorum.

Alberti Grantii alterum tantum opus Sacræ Inquisitionis decreto est prohibitum.

Petri Bembi Venetorum Historia.

Nicolai Machiaveli Florentinorum Historia Thusce scripta.

Eadem scripta sunt Mediolanensium, Mantuanorum, Ferrariensium, Venetorumque Origines per Gabrielem Giolitum.

Genuensium etiam Historia nuper prodiit, thusce & ipsa loquens.

Sed Italos omnes facile excellit Pandulphi Collenutii Juris Consulti Historia, quæ Regni Neapolitani res gestas continet. Possis hunc cum multis Græcorum & Latinorum Historicis plane conferre: multis etiam superiorem judicare. Sive fidem historiæ, sive rerum cum serie perspicuitatem, sive jucunditatem narrationis attendas. Ea semper velle videtur commemorare, quæ lector mallet audire: & cum nihil omissum sit quod possit lectorem detinere; illa omnia videas prætermissa, quæ quivis cuperet relicta.

Bellum Sacrum, hoc est, Hyerosolimitanum Tyrensis Episcopus conscripsit.

Pauli Jovii multa extant.

Guazzus, qui Thusce scripsit, magnus quidam est minutissimarum rerum cumulator.

Turcarum Historiam multi: sed Italus quidam, cujus nomen non succurrit, difuse nimis nuper scripsit.

La Historia Española.

No será razon dexar de contar los Autores de la Historia de España, que en grandeza de hazañas, y en riqueza de exemplos es tan señalada, y tan rica, que ninguna historia le hace en esto ventaja. Somos infamados los Españoles, y con razon, de Tito Livio por amigos de novedades; y añadimos sobre esto otro daño mayor, que es extraño hastío que los Españoles en este tiempo tenemos de nuestras cosas pro-

pias,

pias, como si fuesen las mas viles y apocadas del Universo, así las desdeñamos; y nos preciamos de lenguas, trages, manjares, servicio, usos, y costumbres extrangeras. Y á vueltas de esto, no tenemos en nada saber las cosas de nuestros pasados, ni nos acordamos de leer sus hechos, ni mirar sus exemplos, por saber qué hizo el otro en Grecia, ó en Roma, ó en otra region donde aquello podia ser acertado; mas para seguirlo acá no puede haber en nada semejante aparejo. ¿Pues por qué tanta admiracion de aquello, y tanto olvido de esto? ¿por qué? ¿por qué son mas grandes aquellas hazañas?

Pues yo no creo que fuesen menores que los de Africano, los hechos del Cid; ni que feroces ménos en la lid entrasen los nuestros, que los Agenores.

Mas yo cojo la rienda, para que mi cólera, sin la qual no puedo entrar en esta carrera, no se me vaya desbocada sin recuerdo del Catálogo, y poco papel que para él aquí queda.

Para saberse por órden la Historia Española, se ha de leer primero la Historia general del Rey Don Alonso, que llega hasta el Rey D. Fernando el Santo. Lo mismo seria leer al Arzobispo Don Rodrigo que llega tambien hasta allí. De allí adelante hasta los Reyes Católicos, de cada Rey sucesivamente, sin faltar, hay Corónicas particulares.

Del Rey Don Alonso el Sabio.
De Don Sancho el Bravo.
De Don Fernando el Emplazado.
De Don Alonso el que ganó las Algeciras.
Del Rey Don Pedro el Cruel.
Del Rey Don Enrique el Bastardo.
Del Rey Don Juan el Primero.

Del Rey Don Enrique el Enfermo.
Del Rey Don Juan el Segundo.
Del Rey Don Enrique Tercero.
De los Reyes Católicos.

La Corónica de Florian de Ocampo es muy principal cosa para saber el sitio, y repartimiento de España, y las antigüedades mas viejas de ella. Y si él acabára la otra, no hay duda sino que era cosa muy señalada.

De Aragon y Portugal hay hartas Corónicas, y de las Indias han escrito algunos harto bien. Lo de Aragon agora lo ha comenzado á publicar Gerónimo de Zurita, Coronista de aquel Reyno. Es muy principal Historia, y como tan conjunta con la de Castilla suele forzado tratar muchas cosas de las de acá.

EXCERPTA HISTORICA
EX OPERIBUS
SAMSONIS ABB. CORD.
ETIAM ET
ETERII AC BEATI:
HABITIS IN PERVETUSTO

CODICE SANCTÆ TOLETANE ECCLESIÆ
litteris gothicis in membranis descripto.

SAMSONIS ABBATIS CORDUBENSIS

VITÆ BREVIS DESCRIPTIO

EX BIBL. VETER. NICOL. ANTON. DEXCERPTA.

Samson Abbas vocatus, Rectorque anno DCCCLXIII. S. Zoili Ecclesiæ urbis Cordubensis factus, his diebus, longoque postea annorum tractu, usque ad finem pene hujus sæculi, doctrina catholica Bibliorum sacrorum & philosophiæ studiis floruit. Scripsit hic Apologeticum tribus libris distinctum pro se *adversus Hostigesium Malacitanum præsulem*.... Luculenter ea omnia quæ in eo continentur ceteraque ad Samsonem pertinentia, non uno aut alio loco apud Moralem nostrum tractata reperiuntur; quæ ut lucem afferant ad excerpta hic apponere curavimus.

"Era tambien por este tiempo, y poco despues en Córdoba, hombre insigne en saber la Sagrada Escritura, y saber Filosofia natural con agudeza de Lógica, y tener buen estilo conforme al siglo, un Sacerdote llamado Samson, Abad y Rector de la Iglesia de San Zoylo Mártyr en Córdoba." Todo esto Lib. 14. c. 3.

pa-

parece en una su obra, que se halla escrita de letra Gótica harto antigua en la librería de la Santa Iglesia de Toledo. Llamóla Apologético, por haberla escrito en defensa suya, contra unos que mucho le persiguiéron.... "Por los años de nuestro Redentor ochocientos y sesenta y dos, y los de por allí cerca, sucedió en la Iglesia de Córdoba grande turbacion y alboroto entre los mismos Christianos.... Los principales autores de esta turbacion fuéron dos hombres principales, Hostigesio, Obispo de Málaga, y Servando, casado con una su sobrina, que tenia la dignidad de Conde en Córdoba. Ambos hombres malvados, y que movidos con avaricia.... persiguiéron furiosamente en Málaga y en Córdoba á los Christianos, á las Iglesias, y á sus bienes....

Lib. 14. c. 31.

Comenzáron tambien á perseguir en particular al Abad Samson: y fué la causa, que se habia juntado Concilio en Córdoba, donde concurriéron.... los mas de los Obispos del Andalucía, y algunos de Lusitania.... Este Concilio se tuvo en la Iglesia de San Acisclo y Victoria.... Samson que temia lo mu-

mucho que Hostigesio habia de prevalecer en el Concilio por su potencia, y la del Conde Servando, habia escrito una confesion de la Fe Católica.... y tres dias ántes que se abriese el Concilio, la mostró á los Prelados, y despues parece se leyó tambien en el Concilio. Mas Hostigesio pudo tanto, que con amenazas y miedo hizo que Valencio, Obispo de Córdoba, hombre de grande religion y virtud, la reprobase. Valencio, despues de acabado el Concilio, arrepentido de su flaqueza, aprobó, con los demas Obispos la regla de fe de Samson....: y para acreditar mas su persona lo hizo Abad de la Iglesia de San Zoyl. Ofendiéronse tanto con esto Hostigesio y Servando, que hiciéron que Valencio fuese depuesto de la Iglesia de Córdoba...., y Samson fué desterrado á residir en la Iglesia de Martos...., y allí le envió Hostigesio la regla de fe como mala: mas él la hizo trasladar allí para que nadie la pudiese añadir nada...., y siempre se entendiese lo que él profesaba. Todo esto pasó hasta el año de nuestro Redentor ochocientos y sesenta y quatro...."

En el lib. 15. cap. 7. habla de una campana que ofreció á una Iglesia de San Sebastian: y en el cap. 32. dice el año en que murió, que fué el de 890: pone tambien el epitafio que le compuso el Arcipreste de Córdoba Cypriano, el qual dice así:

Epitaphium quod idem (Cyprianus) in sepulchro Domini Samsonis edidit metro heroyco.

Quis, quantusve fuit Samson clarissimus Abba,
Cujus in urna manent hac sacra membra sub aula:
Personat Hesperia illius famine fota.
Flecte Deum precibus, lector, nunc flecte peroro,
Æthera uti culpis valeat conscendere tersis,
Discessit longe notus, plenusque dierum.
Sextilis namque mensis die vicesima prima;
Sexti nàmque mensis primo & vicesimo sole.
Era DCCCC.XXVIII.

EX-

EXCERPTA HISTORICA

Ex libro Samsonis Abbatis Cordubensis (*a*).

Sancta Toletana Ecclesia librum habet in Bibliotheca, Gothicis litteris in membranis descriptum: ante annos, ut credi ex forma characteris potest, quingentos exaratum. Duo continet opera: alterum Eterii & Beati adversus Elipandum Toletanum Archiepiscopum: alterum Samsonis Abbatis Cordubensis adversus Hostigesium Malacitanum Episcopum. Ex eo nos exemplari sequentia, quæ ad historiam quaqua ratione pertinere videbantur, transtulimus, quanta potuimus fidelitate. Cætera, quæ ipsi non scripsimus, summa cum diligentia collata emendavimus.

Et primo quidem Samsonis opus ordine inverso apposuimus. Ejus hic fuit titulus litteris majusculis.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Samson servorum Domini servus pio Lectori salutem.

Epistola ad lectorem hæc fuit.

"Plurimorum intentioni, Deo placere stu-
„dentium, satisfacere cupiens; & multis ea, quæ
„pie credi deceat; & prædicare conveniunt, pan-

„de-

(*a*) Fuse de Sansonis Abbatis vita, gestis, obitu, epitaphio, scriptis, latinitate, orthographica ratione, atque idiotismis Cl. Florezius agit tom. XI. à pag. 300, qui & Apologeticum & alia Sams. opera ibi vulgavit: cum quo & nos diligenter excerpta hæc historica contulimus.

„dere mallens; illius animor oraculis, & instigor „monitis, qui summum, & præcipuum in Christi „membris Apostolum Petrum replens, his officio „oris ejus exorsus est verbis, dicens: *Dominum Je- „sum sanctificate in cordibus vestris, parati sem- „per ad satisfactionem omni poscenti vos rationem „de ea, quæ in vobis est, spe secundum modestiam „cum timore Dei* (a)".

Ad hunc modum pie admodum in ad lectorem Epistola prosequitur: donec ita inquit.

„Sicque accidit eis, ut odientes fratres, odiant „etiam veritatem, quæ Deus est. Et male sanis „dentibus rectitudinem lánient, non gustent: la- „cerent, non ruminent. In quibus beati Joannis „comprobatur sententia; *qui odit*, *inquiens*, *fra- „trem suum*, *in tenebris est*, *& in tenebris am- „bulat*, *& nescit quo eat*; *quoniam tenebræ exce-* [1] è quibus *caverunt oculos ejus* (b)". *Et* quibus [1] sunt æmuli mei carnales, aut quod pejus est, animales homines; qui ea quæ sunt spiritus nesciunt, nec enim scire possunt, quia stultitia est illis, qui fidei Catholicæ, quas cum aliquibus docibilibus tractavi, regulas audientes, dum non intelligerent, reprehenderunt: & in furoris vecordiam versi, *opum privilegio*, *vel administrationibus tumidi*, *superbia inflati*, elatione distenti, ratione vacui, scientia Scripturarum privati, latinitate ignari, bonitate nudi, stoliditate pleni, præsumptione *attrac-* [2] adtracti *ti*, [2] novas inducere, quas corde gerebant, sectas, posse crediderunt; *dum parvipendentium multitudinem quæ in senectute* puerescit, metu cædere conspexerunt; atque coactitie è aliquos sibi, ex

Pon-

(a) Petri 3. vers. 15.
(b) Joan. 1, cap. 2. vers. 11.

Pontificiali officio, consentire coegerunt; & idcirco suspicantur fidei Catholicæ enervare invictum statum, & subvertere municipium in perpetuum permansurum.

Tandem auxiliante Deo, opponere murum pro domo Israel non parcam, & si quomodo potuero, illorum arma in ipsos retorqueam. Nec patiar gregem pusillum Domini mei, à lupis versari, in quo beneplacuit Patri (*a*), & quibus pollicitus est se hæreditandum dare. Nec terroribus cædam, quia in Domino confido, & non timebo quid faciat mihi homo (*b*), & si quid passus fuero propter justitiam, beatus ero (*c*). Nec mihi erit ad ignominiæ notam, perfidos cum Christo substinere; nec illis laudabile cum persequutore Juda insontem punire. Nam ut ait beatus Cyprianus: Sacerdos Dei Christi Evangelium tenens, occidi potest, vinci non potest.

Quamobrem lectorem pium submisso vultu deprecor, ut libelli hujus seriem, non ante præjudicet, quam legat; nec prius maledicis consentiat, quam justitiæ trutinam ejus verbis adhibeat. Quod si, (quod divina pietas avertat), in aliquo me senserit deviasse, amicali more corrigat humilimum, non scillaico ore conrrodat, nullis malis pro simplicitate dignum. Nam sincerum cor, & puram mentem gerens, sicut sum paratus impietati contradicere; ita per omnia justitiæ contentus sum obedire.

Sane tres libellos decrevi conficere: in quibus fidem meam non cunctabor publicare, & *hæreseorum* [2] stultiloquiis resistere ubi utrum victo-

Tres Samsonis libri.

[2] Hæreticorum.

(*a*) Luc. 12. 32.
(*b*) Ps. 55. v. 11.
(*c*) Math. 5. v. 10.

torem in me Christum, an palantem pusillitatis meæ videat, illi trado decernere, laudare, vel vituperare, quem ad legendum studiosa intentio invitaverit, & ad discernendum Catholicam fidem ab hæretica pravitate malorum exempla multis reddiderint doctiorem. Explicit.

Hinc jam oratio ad Deum sequebatur, more illorum antea temporum vulgato, ut in D. Ildephonsi & D. Juliani Toletani Archiepiscopi operibus apparet.

Post orationem index fuit libri primi decem capitibus distributus. In his de fidei laudibus, de humanitate Christi; item de divinitate, & multa hujusmodi pertractantur. Sed nihil prorsus hoc libro fuit, quod ad historiam pertineret. *Libri primi finis.*

SECUNDUS LIBER

Sequentem habuit Titulum, sequentem etiam præfationem integram omnino descriptam.

Incipit liber secundus Apologeticus contra perfidos.

Præfatio sequentis operis.

Exposito credulitatis meæ textu, præmissoque fidei veræ indiculo, per quod omnibus catholicis, ut reor, communico, omnibusque orthodoxis concordo, atque hæreticis, & perfidiæ ulco tabidis contradico: tibi Omnipotenti Domino gra-

tes,

tes, quas posse tua clementia præstitit, refero, tuumque nomen super omne nomen, quod nominatur, vel dici potest, extollo. Tu enim inextimabilis ac perennis Domine, in præmissis laboribus auxiliator fuisti servulo tuo, & pauli homunculi animo credulitatis veræ insinuasti mysterium, per quod Orthodoxiæ, ut quivi, reseravi arcanum. Idcirco autem, & ego bonitatis fiducia animatus, ad clementiæ sinum festino, de tuis miserationibus fisus, ut more solito hostes proteras meos, vel potius tuos. Occurre, occurre obsecro nunc etiam mihi in auxilium, ut queam, te amminiculante, illis respondere, qui innituntur æternæ Hierusalem muros suffodere, & Scylaico (*a*) ore inter scopulos *Charibdamque sitam liburnam Ecclesiæ* [1] lacerando consumere. Adprehende quæso, invicte victor arma & scutum, & exurge (*b*), non localiter, vel temporaliter, sed potius potentialiter in auxilium mihi: & dicito animæ meæ, quam pro tuo nomine inimicorum insidiæ coegerunt exsolare, auxiliator tuus sum, noli timere. Conforta flagito, me inte defensor vitæ meæ *ut adjutus* [2] abs te non paveam persequentum maledictis, quæque sunt vera respondere, ac cum Nymnidico dicere: *si consistant adversum me castra non timebit cor meum. Et si insurgat in me prelium, in hoc ego sperabo* (*c*) vel certe illud Jeremiæ vatis oraculum: *Dominus mecum est, quasi bellator fortis* (*d*); idcirco qui persequuntur me, cadent; & infirmi erunt. Confundantur vehementer, qui non intellexerunt opprobrium sempiternum. Ast

[1] Charibdum situm liburnum Ecclesiæ, Florez. ed.

[2] adjectus.

(*a*) Vide supra in præcedentis libri Præm. n. 8.
(*b*) Ps. 34. v. 2.
(*c*) Ps. 26. 5. & 6.
(*d*) Jerem. 10. 11.

1 Ast quia illi periturarum opum viribus fisi & de rapinis pauperum locupletati, non sinunt miserum in propria degere, sed barbarico ritu incunctanter certant inopem, exulem redditum, persequendo vexare, ne audeam tua jura cum eis vivo sermone altercando defendere; sed á conspectu illorum remotus, cogar periturorum animas illis invadendas relinquere (*a*), quas possint gehennæ secum barathro mancipare: ideo quod præsens situs facie ad faciem non patior disceptare; quia sermo tuus nec auxilium patitur, nec compedibus vincitur, nec vinculis alligatur: elongatus ab ipsis, sed proximus mentis adfectu tuæ potentiæ incipiam, te inlustrante, de te pro te respondere, quæ tu immensa clementia, mihi præstiteris posse. Verum prius ipsas personas, per quas serpens sibilat, Syrena deceptosis modulationibus cantat, lupus rapax superbis rictibus gutture patulo ululat, leo ravidus apertis faucibus rugiens minat, & prædam suis catulis tua fore templa insultando denuntiat; prout valuero, prodam. Eorumque gestus, vel mores, quibus multis nocuere humillimis, & idcirco ignotos esse *per parvus* [1] admodum suspicor, si fieri *possit*, [2] ut nulli lateant, producam in meditullium. Non quia omnes impietates eorum suficiens sum prodere, sed quia ex eis, quæ protulero, prudens lector, cujus membra sint hostes mei ex fructibus eorum absque ulla difficultate valebit conjicere.

[1] per parvis.
[2] potest.

2 Primus namque auctor sceleris, & hæresis isticine *Ostegesis*, qui melius *hostis Jesu* potest appellari, Malacitanus dinoscitur esse: qui pes-

Ostegesis Malacitanus Episcopus.

(*a*) Hoc ideo dicere videtur, quia Ecclesiæ S. Zoyli, ut postea dicit, Cordubæ Præpositus, curam ibi animarum obtinebat. Moralis hic pr. manu.

persima inlectus cupiditate, & turpi instigatus fraude, non aliter rabiei suæ putavit satisfacere, nisi indepto à vicessimo circiter anno contra decreta sacrorum canonum apice Episcopii, ex rebus miserorum ad miseriam animæ suæ cœpisset thesaurizare. *Sicque male adeptum ordinem*, [1] *pejus non destitit utere*: [2] ut illos faciat Sacerdotis (si Sacerdotium Christi dici fas est) officium agere, quos sibi prius constiterit muneribus intercessisse. Et qui gratiam Spiritus Sancti multis nummis suspicatur adquisisse, ex illius distractione non cunctatur argenti metallum aggregare, quum jam Dominus facto de funiculis flagello, tales projiciens, de templo, *Domus mea*, *dixerit*, *Domus orationis vocabitur*, *vos autem fecistis eam speluncam* latronum (*a*). Deinde præfatus hostis, malo incitatus philargyriæ (*b*) non pavit quemdam Dei servum Sacerdotis dignitate ornatum nomine....[3] fustibus, & *taureis* (*c*) tundere, putans ab illo numerosos solidos, quos quidam Cercilio (*d*) *prodiderat* (*e*), non illi sed sibi profuturos, posse extorquere; donec eum seminecem solvens, infra paucissimos dies mortis (ut ferunt), fecit dispendium immaturum subire. Sed & tertiam oblationum Eglesiæ, quam episcopi legaliter solent accipere, & in restauratione basilicarum, sumptosque pauperum consumere, is, ut sacrilegus, &

[1] male adepto ordine.

[2] Et simoniace emptum cœpit Sacerdotium Christi distrahere; ut illos, &c.

[3] Vacuum fuit nomen in exemplari. Moralis. hic.

(*a*) Math. 21. vers. 13.

(*b*) Philargyria, avaritia, i. e. argenti aviditas. Florez. hic.

(*c*) Taurea Juvenali notum vocabulum.

(*d*) Cercilio fuit aperte scriptum in exemplari. Nisi nomen proprium sit, quid significare possit non video. Mor.

(*e*) Et forte perdiderat, non prodiderat scriptum fuit in exemplari. Hæc namque nota. p. crebro per, non pro, designat in Gothorum scriptura.

& tyrannus, non recipit datas, sed extorquet suis codicibus institutas: ut non jam Tertiam credatur recipere, sed vectigalia potius exigere. Quibus opibus ditatus, Regibus, & prioribus Palatii *exenia* [1] & dona tradens, & delicatos cibos, ac flaventia pocula instituens cum ipsis Regiis filiis, fratribus, vel Palatinis non parcit usque ad nauseam crapulis inservire.....(*a*) Quoniam ut ait Apostolus: ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor (*b*). Et quia impiorum est, in malis actibus gloriari....(*c*) Unde accidit, ut qui debuerat de saturitate inopum nomen sibi bonum adquirere, ex concrapulatione *scelesta* [2] credatur illis *scelerior* [3] esse. Nam hos jungit fortuna, quos viderit æquos. Quum enim fores illius armatorum præsideat militum manus, æsuriens inde procul abest in membris propriis Christus. Sed cur multa prossequar? quum præsidiali manu fultus clericos in foro fecerit à militibus verberum ictibus sulcatos, decalvatos, per plateas sub voce *præconis* atrahi, ac nudos, hoc patiantur clamantes, qui Episcopo non solvunt debitos census. Taceo de reliqua. Nam ad hoc ab omnibus fidelibus creditur hunc ordinem rapuisse, quatenus ex divino Sacrario ditior habitus *crosse* (*d*), universæ plebi Malacitanæ facillime possit insidias prætendere. Denique discurrens omnes Ecclesias, ut adsolent visitationis obtentu agere Episcopi, cœpit singulorum Christia-

[1] xenia.

[2] scelestum.

[3] scelestior

Crudelitas Hostigesii in Sacerdotes.

Impium Hostigessiis facinus.

(*a*) Hic delevit Mor. duas quas ipse lineas scripserat; & ad marginem deinde propria manu adnotavit. Quæ deleta sunt, erant omnia nimium inhonesta.

(*b*) Ephes. 5. v. 18.

(*c*) Hic alias duas delevit lineas Morales, quas ipse propria manu descripserat.

(*d*) Croesse *fuit in exemplari*: Cresso *haud dubie legendum.*

tianorum nomina requirere, & puerorum ac juvenum diligenter requisita, quasi pro eis oraturus, liquidè scrutare. Deinde notatis penes se (ut omnis testatur provintia) singulorum vocabulis, Cordobam urbem patritiam Spaniæ petit, & comprovintiales plebes, ut censu publico ultra modum vexarentur civilis hostis expetiit: & Simon novus, sanctorum sancta accusaturus accessit (*a*): Sicque omnium consulum, & eunuchorum domos quotidie maturius, seroque adsidere non distulit, ut etiam ipso die, quo vespertinis officiis in honorem genitricis Domini solemniter consuevit Ecclesia celebrare, ille spreta administratione sui officii, & postposito venerandæ solemnitatis honore, quod palam factum est omnibus filiis Cordubensis Ecclesiæ, fores insideret cuiusdam prioris Domus Regiæ *Hescim* nomine. Hoc denique actum est opus notabile sub [1] Era DCCCCI.ª Xii. Kalendarum Ianuariarium die (*b*).

Hescim Prior domus Regiæ.

[1] Era DCCCC.ª. p.

3 Verum quia hunc, qui non noverat, *ex mea* [2] poterit advertere relatione, ejus congruum arbitror, fædam prosapiem denudare, ne non originalis, sed fortuito casu immersa hæc eum iniquitas suspicetur subrepsisse. Ortus denique est patre *Auverno*, cujus olim malitia vexati, attritique pauperes gregis Christi, dum Deo permittente, ad solvendas traheretur pœnas pro nequitia fraudis suæ, ad apostasis suffragium versus, *Muzlemitam* (*c*) se dixit futurum esse: Ac dein-

[2] Ex hac mea Flz.

Hostigesi parentes.

(*a*) Machab. 2. cap. 3.

(*b*) Annus Domini DCCCLXIII. Constat autem ex die mensis festum Divæ Virginis intelligi, quod tunc Annuntiationis, nunc Expectationis vocatur.

(*c*) Muzlemitas, ut infra apparet, eos tunc appellabant, qui ad Arabes nefarie, abnegato Christo, se transtulissent.

deinde, ut mos est ipsius sectæ, omnia per ordinem cœpit implere. Sicque jam, ut auditu comperi::: (*a*) puero circumcisori...non denegans, cum magno labore durissima, preputii pelle caruit; & vulnus, quo evidenter monstraretur Christum negasse, alter Hemor, pater Sichem (*b*), quod in latinum sonat asinus pater ægritudinis, infandus, ut jam dictum est, veteranus in sua carne suscepit.

Samuel Eliberritanus Episcopus.

4 Matris vero illius patruus *Samuel* pessimus fuit; qui sub pretextu Episcopii Eliberritanam Ecclesiam diuturno tempore immundissimè prestit; et semitas, quas hic insequitur, et generis, et criminis auctor, utpote præcursor instituit. Nam omnibus flagitiis serviens, veluti qui futuram mortuorum resurrectionem incredulus erat, non solum ipse male vixit, verum etiam sequturo nepoti, & ordinem et scelus hæreditandum transmisit. Cujus denique finis isto ordine terminavit. In ipso quippe *Parasceve* [1] die, dum ante parum tempus per male gestis à pontificali officio fuisset remotus, Judas Scarioth novus Cordobam petiit, & tonso tenus cute capite, Christum denegans, Muzlemitis, quia jam circumcisus erat, facilè adhæsit, & ritui eorum post sacerdotium inservivit. Deinde Dominum Jesum in suis membris: non est veritus persequere; & Sacerdotes, ac ministros ejus carceri mancipare, altariaque Dei vectigalia coëgit exolvere.

[1] Cum f. litera fuit scriptum Parascefe, ut digamma Eolicum sapere videatur.

5 En qualibus extitit natalibus propagatus hic, qui

(*a*) Hic etiam aliam & aliam delevit lineam morales, sequentia ad marg. adnotans: Hæc quia in honesta admodum erant, delevimus.

(*b*) Gen. 34.

qui me insequitur hostis cruentus. Nam ut Scriptura testatur (licet ego non sim huic comparationi idoneus) *Abmonitatio justorum vir impius: abominantur autem impii eum, qui recta graditur via* (*a*). Atque ut beatus refert Hieronymus : malorum solatium est bonos detrahere, dum putant multitudine peccantium culpam minui peccatorum.

Auxiliator denique & collega ipsius hostis Jesu sævissimi, stolidus, & procax, elatus & arrogans, avarus & rapax, crudelis & pertinax, superbus, & super Dominum audax *Servandus* noscitur esse. Qui licet dispari ordine, non tamen disimili crudelitate, calumniatur Ecclesiam Dei. Nam propter peccata populi indepto comitatu [1] Cordobæ urbis patriciæ, nulla præditus generis dignitate, nulla decoratus originis nobilitate, *sed ex servis potius ortus Ecclesiæ*, ipsius hostis Jesu consobrinam in matrimonio accepit. Quia, juxta Salomonis sententiam, omnis avis similem sui querit (*b*): & sic malus pessimo inextricabiliter concatenatus inhæsit; ut alter ab altero in nullo discrepet, dum in malis actibus unus fulcitur ab alio: & in pravis adinventionibus alius beatificat alium. Sicque in diversis urbibus uno persecutionis animo insequentes plebiculam Dei, Hostis Jesu Malacam, & Servandus Dominam suam Cordobensem infestatur Ecclesiam. Nam præcoquam crudelitatis suæ insidiam adeò pretendit, ut *censu* [2] publico addicens miseros, infinitum Christianorum numerum prævaricationis dispendio subderit. Illos vero quos miseratio Divina intrepidos reddidit, & ad perferendum mala præsentia, ob spem vitæ æternæ fortes fecit, vecti-

Servandus comes.

[1] Comitatus Cordubensis.

[2] *Ms.* censo

(*a*) Prov. 29. v. 27.
(*b*) Eccli. 27. 10.

Immanis Servandi crudelitas.

tigalia solvere Smaelitis regibus compulit. Deinde vivorum mortibus non contentus, quiescentium, quorum animabus impedire non potuit, ne vel ipsis parcere videtur, corpora, ut fuerant sub aris Dei posita (*a*), è suis loculis insignis vespilio traxit, & fidelibus regis, ut fuerant ancipiti ense truncata, monstravit: ut hoc facto animos Regios in nostrorum pernitiem excitaret; quatenus probarentur penes eum devito mortis obnoxii, qui aussi essent humare illius prostratos pugione. Exin omnes basilicas urbis prædictæ tributarias fecit esse, & impurus hostis de purissimis oblationibus fidelium in usibus *conlatis* [1] templi Dominici, thesauros fisci inhiatus est ampliare: ut expoliando mensam Christi, & ditando palatia fisci, videretur aquam sitientibus auferre, et amplissimo maris sinu infundere. Sicque actum est: ut venale Sacerdotium sustinentes, ipsæ basilicæ, non more solito dignos recipere, et indignos queant Sacerdotes repellere; sed potius illos habeant, quos contigerit eas à Servando conducere. Unde misera turba imprudentium cogitur invita, vera silentio præmere, et falsa sub voce preconia prædicare. Et *ab* [2] pastorali officio ad Adulationis malum conversi, facti sunt ut canes multi, latrareque nescii ad plaudentes videlicet lupis, et *latrantes* [3] pastoribus suis.

Ta-

[1] *Ms.* conlatas.

[2] Ex *Florz.*

[3] *Ms. latrantibus.*

(*a*) Eos prorsus martyres videtur intelligere, qui quattuor, quinqueve antea annis Cordubæ fuerant trucidati. Christophorus, Felix, Eulogius, Leocritia & reliqui, quorum meminit in Eulogii vita Alvarus. Videtur autem Samson ex eorum Sacerdotum numero fuisse, qui Sanctis martyribus detrahebant. Nam nec martyrum salten nomine eos dignatur. Post hæc tamen morales propria manu addit. Cum hæc scriberem, ipsa Divi Eulogii opera nondum videram. ibi.

6 Talibus quoque victoriis fretus, & triumphis elatus, junctis sibi *Romanum et Sebastianum* Anthropomorphitano errore infectos, vitiorum sordibus pollutos; quorum alter, qui pater est, iferme octoagenarius, post multas reticendas immunditias.....(*b*) parvipendens evangelica monita, concubinas ad dilatandam luxuriam aggerat. Alter vero, qui proles dignoscitur esse, legitima uxore superstite, *filiam* [1] ex adulterina commixtione traditur suscepisse: quam secum hactenus commanentem nullatenus potest negare. Quique etiam contempto Patre, & spreta ceremonia Dei, qui, ut se, parentes censuit honorare, inutiles patris canas inutilior filius non expavit evellere. Et ut illorum, qui adfuerunt, sana probat relatio strictis dactylis mentum auctoris nudavit pilo.

[1] *Filium* Florz.

7 Hii autem ad hoc usque, insania impellente, fuere producti, ut me hæreticum conarentur asserere, & veritatis assertorem, ut sacrilegum publicè condemnare. Sicque actum est, ut post ordinationem domini mei Valentii Episcopi, quem Cordobensis Ecclesia sub era D. CC CCC.[a]. [2] meruit rectorem suscipere, virum fide plenum, virginitate ornatum, abstinentiæ deditum, humilitate fundatum, charitate ferbidum, veritatis zelo succensum, scripturarum scientia ganarum, justitiæ, ac rectitudinis amicum: audientes à me *Deum in maximis*, & in *minimis* rebus per immensitatem essentiæ esse; & à nulla posse natura in ipsa eterna *substantia concludi*: invidia coacti, et stultitia adtracti, atque ex pre- ce-

[2] Era DCCCC. An. Dñi. DCCCLXII. Valentius Cordub. Episcopus.

(*a*) Unam cum dimidia lineam delevit morales, hæc dicens. In honesta admodum convitiabatur, atque ideo delevimus.

cedentium malorum pena justè ab Omnipotente Domino excecati: surrexere in pernitiem mei, qui non cum eis Deum solummodò supra thronum in cœlis residentem, ab alto, utpote *vinitorez* [1], crederem creaturas sub se positas respicere, & per subtilitatem eum *infra* omnia, non per substantiam esse: eumque *infra* [2] cubiculum cordis virginei inclusum fuisse, sicut doctor erroris hostis Jesu extento brachio, & stricto intra pugnum pollice, imperabat fateri, auderem denegare. Nam cum Deum mea extremitas esse infra omnia diceret, & ad unionem Personæ *infra* uterum Virginis, non in corde inclusum, voce libera prædicaret, præfata bestia, vipereo veneno repleta, & lumine scientiæ cæca, digitos extringens, & pugnum eludens, aut dicturus es, ait, *infra* cor Virginis Christum sic fuisse inclusum aut anathemate perculsus proprio carebis officio. Cui quum nec ad momentum cedens, huic blasphemiæ consensissem, illicò dictatam adversum me ante dudum tomi sententiam hæresis suæ, sicut à me ex ejus textu ostendetur, felle oppletam, legi præcepit. In qua cæteros circunsedentes episcopos, utpote indiscreta simplicitate possessos, & metu impiorum in superbiæ fascibus sedentium, & in malis actibus gloriantium, territos, roborare coegit cum suorum manu invitos. Et quia una cum eis jam præmissus residebat Valentius ad roborandum in ipso Pittacio (*a*), idcirco est inlectus, ne videre-

[1] Vinitorem prorsus scriptum fuit in veteri.

[2] infra: semper legitur in veteri, cum *intra* sit penitus legendù.

Valentius Cordub. Episcopus.

(*a*) Pittacio, carta, ó membrana breve, principalmente quando se escribe en quadro, con tanto de largo como de alto: de cuya voz se valió tambien San Eulogio en la Carta IV. Vide Florez tom. 11, de la Esp. Sagr. pag. 316. n. 34.

retur illis contradicere, à quibus nuper fuerat consecratus: Putans melius illis posse quotidiano conloquio veritatem insinuare, & ad regulæ tramitem eorum corda, pœnaliter à Deo durata, reducere, meque ad proprium ordinem revocare, quam resistendo superbis, in sua superbia confidentibus, contraire, eosque in sua cæcitate dimittere. Quique post aliquod tempus insensatum cor eorum prospiciens veneni felle saucium, invidiæ vermibus conrrosum, elationis tumore distentum, ad malum tantummodo paratum, consensum illorum Episcoporum, *qui in ipsam, quam non persenserant*, hæresem roboraverant (*a*), licet *inviti*, expetere non piguit in absolutionem mei. Cui alii lingua, alii propriis annuentes epistolis, ab omnibus ego catholicus adfirmatus, illis in proprio sum visus reformari officio & nulli, penitus obnoxius damno.

8 Fuere autem episcopi, qui epistolis me censuerunt suis absolvi, hii: Ariulfus videlicet, qui Concilio non adfuerat, Emeritensis Sedis Metropolitanus Episcopus: Saro Beatiensis Sedis Episcopus, qui & ipse in priori Collegio non fuerat inventus. Reculfus quoque Egabrensis Sedis Episcopus. Sed & Beatus Astigitanus Episcopus, qui sententiam suam in Valentii Episcopi posuit manus. Joannes vero Bastitanus Episcopus; Genesius quoque Urcitanus nihilominus Episcopus; sed & Theudegutus Pontifex Illicitanus ore proprio injustam damnationem justa censuerunt Valentio Episcopo absolutione sanare. Miro verò Assidonensis Sedis Episcopus suorum Coepiscoporum epistolas legens, & ad sen-

Episcoporum nomina.

(*a*) Apparet hinc manifesto, omnes sequentes Episcopos aut eorum quam plures in eo Cordubensi Concilio adfuisse.

sensum perpendens, una cum ipso Domino meo Valentio residens, priorem deffinitionem decrevit infringere, & maturo consilio usus, me in pristinum gradum maluit restaurare. Quod inlustris vir mente benigna non distulit agere; sed & petitionem Clericorum, & plebium audiens Ecclesiæ Sancti Zoyli, ubi ejusdem beatissimi martyris noscitur corpus conditum esse, eorum curam elegit minus idoneo mihi injungere. Quæ res malivolos signatarum vestiarum animos ampliori flamma cremavit, & inormi *pyro* adussit. Videntes namque justi innocentiam impii, & catholici mentem hæretici à veritatis regula non posse subtraere (*a*), consilio armati patris sui Zabuli, per Smaelitæ Regis imperium, qui non fatetur Christum esse Altissimi filium, illum tentaverunt pontificali honore privare. Depositoque eo, ut illi putant, Sayonum Muzlemitum obsequente manu, ***Stephanum***, cognomento ***Flacconem***, importunum, nullo petente electum, nullo quærente advocatum, nullius metropolitani præsentia vel informatu ordinatum, quem sibi sola jussione regia fecerant Metropolitanum Episcopum, Cordobam venire jusserunt, & una cum eo Reculfum Egabrensem, & Beatum Astigitanum, quorum mentes multis terroribus reddiderant pavidas, multisque minis tremebundas, in Basilicam Sancti Acisli fecerunt residere. Et quia deerant omnes catholici Cordobensis Ecclesiæ, qui tempore concilii vocabantur ex nomine, ad vicem eorum aliqui residere Judei, necnon & Sayones Muzlemiti. In quo Conventu territi, concus-

Valentius Cordub. Episcopus depositus.

Stephanus Flacto Cordub. Episc. electus.

(*a*) Ut sensus pateat, verba sic construenda: *Videntes* impii innocentiam justi; & hæretici mentem à veritatis regula non posse subtrahere.

cussique Presbiteri, & ministri, qui ab ipso infando hoste conducunt altaria Christi, in depositionem Valentii episcopi, qui sic se professus est credere, & prædicare, ut omnis confitetur & prædicat toga catholicæ Ecclesiæ, quorum ultimum me fateor esse, dictatam sententiam Scamaranis lymphatici (*a*) spurcissimo ore suis signis imperaverunt roborari. Sicque actum est, ut in senectute pubescentes multi, illic trepidarent timore, ubi non erat timor. Et dum non metuunt unum rerum omnium herum, timerent hominem perditionis & diaboli filium. Interea pestifer Servandus ipse succensus ignitis jaculis patris sui, consilio inito adversus Dominum, & adversus corpus ejus, quod est Ecclesia, omnes christianos præfatæ urbis patriciæ *in centum* millia solidos dari sibi postulavit à Rege: ut eorum carnibus insatiabilis homicida se saturaret, & suos, quorum animos perstitisse viderat in fidei veritate intrepidos.

9 Et ut mea oratio retrogradet paululum, dum epistolæ regis Hispaniæ ad regem Francorum essent sub Era DCCCCII[a]. dirigendæ appellatus ex regio decreto ego ipse, quatenus, ut pridem facere consueveram ex Chaldæo sermone in Latinum eloquium ipsas epistolas deberem transferre, adfui, & feci. Quod quum factum esset, avida mente me anhelans perdere, delatorem consilii Regii apud hostes illius me mentitus est esse. Sed & dum quidam Christianus (*b*), ob blasphemian in illum, quem gens Chaldea Prophetam colunt, esset puniendus, ille venenato sermone Valentium, & Samsonem incitatores ejus

(*a*) Bravo pag. 174. legit *Linfatiel.*
(*b*) Et hic quoque martyris nomen videtur devitasse.

ejus inficiatus est fore: addens etiam sacrilego inquit ore: faciat eos vestra celsitudo adesse, & sciscitentur, utrum vera an falsa dixerit iste. Quod si dixerint istum veritatis assertorem esse; pariter puniantur & ipsi. Sin autem metu territi eum denuntiaberint falsa dixisse, jubeat vestra gloria ilico ipsos acceptis pugionibus eum interficere. Sin autem recusaverint talia agere, advertimini illum ab eis missum fuisse. Mihi quoque dignamini ensem porrigere, atque in ipsos inrruere, & ego, accepto à vestra Serenitate permisso, tam istum quam illos amarissimam faciam mortem luere. Adfuit tamen tua pietas Deus Cœli, quæ novit pios à diversis temptationibus eripere; impios vero in die iræ reservare; quæ & cor Regis sævire non sinuit, & scelesti hominis insidias ad nihilum usquequaque redegit. Nam cum insurgeret in nos, forsitam vivos deglutisset nos (*a*); & quum irasceretur animus ejus adversum nos, forsitam velut aqua absorvisset nos. At quia ista implere non potuit; ad illa, quæ memoravimus, se ipsum convertit, ut acciti ab eo Episcopi & Clerici, dictarent sententiam in depositionem Domini mei Valentii.

10 Verum quia jam ego, ut potui, & homines, & eorum fructus patefeci: superest prudenti lectori, ut dum curiose requirens, vera invenerit cuncta, quæ dixi, sciat pro certo, quis nostrum sit adversarii, quisve ex sorte Christi. Et sic demum agnita veritate, judicet, quem è nobis catholicum, quem quoque hæreticum debeat prædicare. Sane tempus incumbit, cum jam adversus eorum nænias me deceat exerto palati plectro dimicare, & patulo oris officio agere: præ-

(*a*) Psalm. 123.

præsertim cum, ut Beatus ait Julianus; *pro fide nolle asserere, id ipsum sit, quod negare.* Nec quia cum Jacob, David, & Elia homicidarum insidias aufugiens, melius putavi locum mutare, quam mentem, amænitatem domorum relinquere, quam fidei veritatem amittere, cum aut cedendum erat eis, aut non jam verbis agendum erat, sed gladiis; non legalibus sententiis, sed manibus erat dimicandum, aut acculationibus pessimis, quod agere non convenit Christianis. Idcirco lemurarum ac larvarum terrendus sum umbris, vel noctuarum, bubonumque modulationibus diris, ut non saltim, vel scriptis decertem adversus improbos hostes? Consurgam, consurgam plane; & importunos corvos, ac vultores, milvos, & nocuas alites ab ejus, qui me redemit, abigam ostiis, donec vesperescente fervore nequitiæ, igne Spiritus Sancti crementur animæ, crucis ipsius venerabili ara impositæ. Quamobrem illa primo omnium ponens, quæ ego recitavi, vel adversum me dictata sunt tempore ipsius Concilii, ad singula, quæ male de Deo sentiunt, curabo respondere: illorumque insaniam non parcam refutare. Sed & fidem eorum, cui obedire jusserunt *filios* Tucitanæ Cathedræ, penes quos ego videor peregr*inari*, in prima parte inserens hujus meæ opellæ, quæ tua Christe posse dederit gratia, non verebor respondere.

Explicit præfatio sequentis libelli.

Incipiunt capitula Libelli secundi.

I. Credulitatem quam Samson in Concilio Episcopis dedit.

II. Quia hanc fidem Episcopi in nullo reprehenderunt, verum etiam laudaverunt.

Sen-

III. Sententia sub nomine Episcoporum ab Hostegesi dictata.

IV. De adventu Hostegesii, & ejus cum Leubegildo disputatione.

V. Exemplar credulitatis eorum, qui ei communicant ad Sedem Tucitanam directum.

VI. Oratio verba primæ sententiæ ponit, & quæ sunt prima fronte errata reprehendit.

[1] Florez.... 27. Index ad XXIII. [1] capita continuatur, in quibus de sua fide, adversariorumque erroribus disputat.

Tria prima capita nihil habuerunt notatu dignum: ipse titulus omnia ostendit quæ hic poterant annotari.

Cap. 4. Sub Era DCCCCII^a Hostigesius Cordobam veniens, ab quoddam Leubegildo Anseffredi filio cum fuisset reprehensus pessimam hæresim induxisse, dum aliud subtilitatem in Deo, aliud naturam, non puduisset prædicare: ex sua & suorum Episcoporum persona visus est scribere præfatis plebibus Tuccitanæ Ecclesiæ, quid ipse sentiret.

Nihil præterea toto hoc secundo libro fuit, quod ad historiam ullatenus pertineret.

Tertius liber, quem se scripsisse Samson prædicat non fuit in exemplari.

"Samson capite secundo hujus secundi libri „refert, se per triduum ante Concilii diem suæ „confessionis fidem, compendio brevitatis, pau„cissimis verbis comprehensam, & non multis, „sed certissimis testimoniis munitam, omnibus „Episcopis, qui adfuerant, tradidisse relegendam, „& mature cum omni scrupulositate tractan„dam." Atque ab eis non solum irreprehensibilis, verum etiam ad probata est laudabilis. Hostigesius tum insurrexit adversus Samsonem, & ope Servandi Comitis, territos Episcopos coegit

in

in Concilio Samsonem damnare, *& exulantem apud Tuccitanos scripta sententia perculit.* Cum autem regula fidei, quam Hostigesius prædicabat, & ipsam in Samsonis sententiam ad *Tuccitanam* Ecclesiam transmisisset; Samson jussit quosdam ipsam transcribere, ne postea ipse videretur aliquid in ea immutasse, aut confinxisse. Hæc secundo capite continentur.

DE

DE ETHERIO ET BEATO

PRÆNOTANDA QUÆDAM.

Qui sint duo isti Auctores, & unde, & quibus annitentibus, intelliges ex illis quæ paulo post subjungentur, testimoniis. Etherius varie scribitur, *Heterius*, *Itherius*, *Hiterius*; arbitratu nimirum librariorum, quibus hujusmodi nomina varie scribi apta, si non ludibrium, certe ludus esse solent, à quo ludo Beati nomen tutum erat.

Opus quod adversus Elipandum ediderunt, eruditum est; tametsi non ubique grammaticum. Solœca enim & barbara, & ἀνακόλουθα seu inconsequentia passim occurrunt. Nec mirum in tanta barbarie, qua tunc Hispania nostra premebatur, partim à Mauris, partim ab aliis peregrinis nationibus infessa. Sed his offendetur, qui rerum potius, quam verborum amator est; aut si & verba non impolita amat, ut sane amanda sunt; ea alibi quærenda, & ab aliis expetenda novit.

Ortographiam Gothici Codicis scrupulose retinere haud necessarium hic duxit Morales sicut in aliis, de quibus postea. Non enim doctior eris, si deserta hodierna scribendi ratione, scribas, *adobtivus*, *parvolus*, *profera*, *iluminantus*, quam *ammirabilis*, *proterbe*, *kareo*, *assumtio*, *cotidianus*, *ammoneo*, *intellego*, *Diabulus* & similia, quæ ad criticorum tribunalia libenter ablegamus.

Eodem tempore, quo Elipandus apud Toletanos sententiam de *Adoptione Christi* tanquam veram, & Catholicæ Ecclesiæ doctrinæ minime con-

contrariam docebat; Beatus Presbyter apud Astures, vir in sacris litteris eruditus, Elipando se opposuit, & illius doctrinam tanquam de errore suspectam notare cœpit: cui adhæsit Heterius Episcopus Uxamensis, qui tunc fugiens Maurorum tyrannidem, apud Astures cum multis aliis Episcopis exulabat. At Elipandus pro ea auctoritate, quam in alias Ecclesias obtinebat maximam, indigne ferens à Beato & Heterio suam doctrinam, erroris insimulari, ad fidelem Abbatem, qui etiam apud Astures commorabatur, litteras dat mense Octobrio anni 783. Hæc epistola habetur in principio libri, quem contra ipsum Elipandum Beatus & Heterius conscripserunt; quam & ipsis, Fidelis Abbas mense Novembri anni sequentis, cum ad eum casu venissent, ostenderat. Qua perlecta Beatus & Heterius suam sententiam Elipando aperte exposuerunt, & libro de ea composito, multis scripturæ testimoniis confirmarunt. Ex ea enim Ambros. Morales, lib. 13. Hist. Hispaniæ, cap. 26. totam hanc historiam texuit. Vide illum. It. vide Marianam, Annal. Hisp. lib. VII. cap. 8. Et Gabriel. Vasquez, tom. I. in 3. part. D. Thom. Disput. 89. cap. 1. It. Biblioth. VV. PP. tom. 4. partis. 2. fol. 461.

Beatus iste librum etiam edidit in Apocalypsim Joann. Apostoli quem vulgavit Florezius, tom. 28. Hispaniæ Sacræ.

EXCERPTA HISTORICA

Ex libro Eterii Oxomensis Episcopi, & Beati Livaniensis adversus Elipandum.

Idem illud Toletanum exemplar unde Samsonis Abbatis Superiora decerpsimus, librum initio habuit, cujus hic fuit titulus, hoc principium.

Eminentissimo, nobis, & Deo amabili Elipando, Toletanæ Sedis Archiepisco. Eterius & Beatus (a) *in Domino salutem.*

"Legimus litteras prudentiæ tuæ anno præsenti; & non nobis, sed Fideli Abbati mense Octubrio in Era DCCC.XXI.ª [1] clam *sub* [2] sigillo directas: quas ex relatu advenisse audivimus, sed eas usque sexto calendas Decembris minime vidimus. Cumque nos ad fratrem Fidelem, non litterarum illarum compulsio, sed recens *religiosi do-*

[1] DCCC.XXIII.
[2] *deest* sub

(*a*) De hoc Beato multa & vidimus & audivimus non longe à Lievana. Et commentaria etiam ejus in Apocalypsim extare deprehendimus. Fuit autem Eterius Oxomensis Episcopus. Quod ipse de se lib. pr. cap. 7. his verbis testatur. "Primus ego Eterius Exonæ Sedis indignus nuncupatus "Episcopus, qui ab Archiepiscopo Toletano nuncupor esse "hæreticus, profero fidem meam cunctis audientibus, quam "fidem à Sanctis Patribus accepi, &c." Ego mendum inesse credo, & Oxomæ legendum. Titulo tenus Hispaniæ Episcopi tunc erant, unde *nuncupor* dixisse existimo.

Duos hos insignes viros Eterium & Beatum eosdem esse proculdubio credimus, quos Joannes Aurelianensis Episcopus cum in Asturum regione esset, se vidisse commemorat in ipso sui operis ingressu. Morales.

domim Adosindi [1] perduceret devotio; audivimus *impium* [2] libellam adversum nos, & fidem nostram percuncta Asturia publice devulgatum. Et cum fides nostra una *sit* [3] & indisoluta cœpit inter scopulos *nimis* [4] fluctuare navicula: & duæ factæ *sunt* [5], postea cum tranquillitate, non bipertita, sed tantum videretur una. Tunc colloquentes adinvicem diximus: dormit Hiesus in navi, & hinc inde fluctibus quatimur, & *tempesta* [6] tum molestias substinemus, quia importabilis excitatus est ventus. Nulla salus in nobis esse videtur nisi Hiesus excitetur: & corde & voce clamandum est ut sic dicamus. *Domine salva nos perimus* (*a*). *Tunc surrexit Hiesus* qui in nostra dormiebat navi, qui cum Petro eramus."

[1] Religiosæ Dominæ Adosindæ
[2] ipsum
[3] esset
[4] *deest* nimis
[5] erant
[6] tempestate

Hiis, atque aliis pientissimis verbis ordiuntur disputationem. Nam Elipandus asserebat Jesum Christum non verum esse Dei filium sed adoptivum. Itaque paulo post ita inquiunt Eterius & Beatus.

"Non ne lupi sunt, qui vobis dicunt: adoptivum credite Jesum-Christum; & qui ita non crediderit, exterminetur? Et Episcopus metropolitanus, & princeps terræ, pari certamine hæreseorum schismata, unius verbi gladio, alter virga regiminis ulciscens, hæreticorum schismata, de terra vestra funditus auferant. Certe jam rumor est, jam fama est, & non solum per Asturiam, sed per totam Hispaniam, & usque ad Franciam divulgatum est, quod duæ quæstiones in Asturiensi Ecclesia ortæ sunt. Et sicut duæ quæstiones; ita duo populi, & duæ Eglesiæ. Una pars cum altera pro uno Christo contendunt.

(*a*) Matth. 8. 25.

dunt. Cujus fides vera, an falsa sit grandis intentio est. Et hoc non in minuta plebe, sed inter Episcopos est. Una pars Episcoporum dicit, quod Hiesus-Christus adoptivus est humanitate, & nequaquam adoptivus Divinitate. Altera pars dicit: nisi ex utraque natura unius est Dei Patris Filius proprius, non adoptivus: in tantum proprius, ut ipse sit Dei Filius Deus verus; & ipse adoretur, & colatur, qui sub Pontio Pilato est crucifixus. Hæc pars nos sumus, id est, Eterius & Beatus cum cæteris ita credentibus."

Paulo post & suum Symbolum Eterius & Beatus apposuerunt; & Symbolum deinde Elipandi. In cujus fine hæc fuere verba.

Elipandus dicit (*a*). Qui non fuerit confessus :: Hiesum-Christum adoptivum humanitate, & :: nequaquam adoptivum divinitate, & hæreticus :: est, & exterminetur. Auferte malum de terra :: vestra. Non me interrogant, sed docere quæ- :: runt, quia servi sunt Antichristi. [1] Hanc Epis- :: tolam Domini *Archarici* [2] Episcopi ideo frater- :: nitati tuæ direxi, charissime Fidelis, ut cog- :: noscas, quanta in Christi servis regnet humi- :: litas, quanta in Antichristi discipulis regnet :: superbia. [3] *Cum Dominus Archaricus* [4] non do- :: centis imperio, sed interrogantis voto ea scri- :: bere voluit, sicut illum vera humilitas docuit. :: I ti vero modo & contraria dicendo modo, & quasi ignorantem me, quid rectum sit, noluerunt interrogare, sed docere. Unde Deus novit, quia licet proterve scripsissent, nam si vera dixis-

[1] Hæc verba rubeis litteris consuetis, non majusculis, fuere descripta.

[2] Ascarici

[3] Duo itidem hæc verba rubeis litteris consuetis fuere descripta.

[4] *mihi deest*

(*a*) Sequentia omnia in margine per singulas lineas hoc signo ::, quemadmodum in minutiore margine vides, fuere signata. Ut hinc Elipandi ad Fidelem epistola videatur incipere.

xissent, gratus obedire debui, reminiscendo quod scriptum est; Si juniori revelatum fuerit, Senior taceat (*a*): & iterum: *Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.* [1] Nam numquam est auditum, ut (*b*) *Libanenses* Toletanos docuissent. Notum est plebi universæ, hanc Sedem Sanctis doctrinis ab ipso exordio fidei claruisse; & numquam Schismaticum aliquid emanasse. Et nunc una ovis morbida, nobis Doctor apetit esse. Et tamen nolui ea ad aures cæterorum fratrum nostrorum perducere, antequam illic ubi exortum est hujuscemodi malum, sit radicitus *amputandum.* [2] Quia ignominia erit mihi, si intra ditionem Toletanam hoc malum fuerit auditum, ut quod ego, & cæteri fratres mei in Ispalitanis tanto tempore dijudicavimus, & Deo auxiliante, tam in festis paschalium, quam in cæteris erroribus *Miguranorum* [3] hæresim emendabimus; nunc illi è contrario inveniant, unde nos arguant. Et tamen si tepide fuerit actum, & non fuerit à vobis emendatum; tunc illud ad notionem reducam fratrum: & erit vobis ignominiosum, si ab illis in vobis reprehensum fuerit. [4] *Adolescentiam* sane fratris nostri Heterii lacte adhuc alitam, & nondum ad robur perfectæ intelligentiæ perductam, vestra fraternitas erudiat: quia non cum magistris optimis, sed cum ignaris & chismaticis, videlicet [5] *Felice & Beato Antiphrasios* (*c*) æqua-

1 Est Catonis

2 amputatum

3 Megitianorum

4 Litteris rubeis hoc tantum verbum.

5 Litteris rubeis.

(*a*) Cor. 14. 30.

(*b*) Cum ingens sit in Gothico caractere a. & u. similitudo, forte Libanenses, non Libunenses fuit scriptum. Prorsus legendum est Livanenses. (Los de Lievana en las Asturias.)

(*c*) Antiphraseo: quia dicebat Elipandus Beatum hoc nomine per antiphrasim appellari: ut liquet etiam ex epistola Caroli Magni ad Elipandum.

æquales in virtute, & pares in errore, habuit conlationem. [1] *Bonosus*, & *Beatus* pari errore condemnati sunt. Ille credidit de Matre adoptivum, & non de Patre ante secula proprie *genitum*, [2] nec incarnatum. Iste credit de Patre genitum, & non de matre temporaliter adoptivum. Cui similem extimabo eum nisi Fausto Manicheo? [3] *Faustus* condemnavit Patriarchas & Prophetas; iste condemnat doctores priscos & modernos. Obsecro ut calore fidei succensi tanta sitis *intentione* [4] præcalidi, ut errorem prædictum de medio vestri auferatis: ut sicut per servos suos Dominus de finibus Beticæ eradicavit hæresem Migecianam; *ita per vos de finibus Asturiensium* [5] funditus evellat hæresim Beatianam. Sed quia audivi quod præcursor Antichristi in medio vestri apparuit, qui illum jam natum annuntiat: quæro, ut perquiras ab eo, ubi, aut quomodo, aut quando natus est. Spiritus ille mendax prophetarum, qui in eo loquitur, & nos solicitos reddat.

Hæc epistola tua est: [6] hæc verba tua sint: hæc fides tua est: hæc doctrina tua est » &c. &.....

Hinc jam prosequitur auctor Elipando sectam rationibus & testimoniis libro primo late confutare.

Idem facit lib. secundo, in cujus principio ita fuit scriptum.

« Sed quia libelli tui, in quibus nos hæreticos esse fateris, jam per publicum in diversis terrarum evulgati sunt partibus; ut omnes, qui eos legerint secundum fidem tuam, te Catholicum Toletanæ Sedis Doctorem, novellum Archiepiscopum, & nos Libanenses indoctos, & hæreticos, atque Antichristi discipulos Etherium & Beatum prædicent: & quia ex utraque parte contentio [7] est,::: & fides diversa profertur; non

[1] Litteris rubeis.
[2] Deest in Bibl. V. PP.
[3] Litteris rubeis.
[4] intesione
[5] Litteris rubeis.
[6] Litteris rubeis.
[7] exorta

non solum fama, sed etiam ignominia nobis á te inrrogatur." &.....

Nihil præterea fuit, quod ad historiam ullatenus pertineret.

EXCERPTA HISTORICA

Ex binis Conciliorum Codicibus antiquissimis, in Bibliotheca Toletana asservatis.

Sancta Ecclesia Toletana duo habet Sacrorum Conciliorum vetustissima exemplaria, Gothicis litteris perscripta: unde nos sequentia omnia transtulimus.

Alterum exemplar paulo, ut apparebit, vetustius, initio habet in transversa margine scriptum (*a*). *Inquoatus est liber iste* XIIII°. *Kalendas Februarias Era* DCCCC.LXXXI ʎ ICC.

Postea in libri totius fine, litteris majusculis adhunc modum fuit scriptum. Explicitus liber iste XXIIII. JDS. KLDS. (*b*) Aprilis. Era M.LXXII. Julianus Presbyter indignus q. scripsit in honore Sanctæ Mariæ, & Sanctii Genesii Martyri. Pro memoria, ut pro me orare jubeatis ad Dominum si Deus pro nobis.

Inceptus est scribi liber anno Domini nongentessimo, quadragessimo octavo: finitus anno millessimo, trigessimo quarto. Intersunt anni octo-

(*a*) Nos profecto fidelissime omnia ubique transcripsimus. Ex aliis ejusdem exemplaris locis facile deprehenditur in tribus postremis caracteribus. VI. Hoc est: sexta esse scriptum.

(*b*) Idus & Cal. ad hunc modum geminata in veteri fuerunt.

toginta sex, qui sunt in scribendo consumpti, duobus mensibus exceptis. Mirum autem est ab uno potuisse conscribi. Nam quamvis juvenis admodum orsus esset centessimum annum excessit. Habet autem codex folia prægrandis membranæ quadraginta & ex amplius minutis litteris exarata.

Alterum exemplar in fine ad hunc modum habuit scriptum litteris majusculis. Finit liber Canonum Concilii Sanctorum Patrum, seu decreta Præsulum Romanorum feliciter. Deo gratias. Julianus indignus Presbyter scripsit, is cujus est, adjuvante Deo, habitans in Alcalaga, quæ sita est super campum Laudabilem. IIII. fer. Kal. Juñs. Era (*a*) T.C.XXX.III. Inter superiores lineas ita fuit scriptum M.C.XXXIII. *Numera foliorum hujus libri CCCLI.*

Habuit utrumque exemplar initio veluti indicem (*b*) omnium quæ in Conciliis continentur per titulos digestum, & in decem libros distributum.

His finis; hic titulus sequitur.

Hi sunt enim orientalium Episcoporum nomina, qui convenerunt in Nicea ad Sanctum & magnum Concilium de diversis Provintiis, seu Civitatibus, quorum nomina infra sunt subscripta; absque Italiæ & Spaniæ, quorum nomina in exemplaribus, ex quibus hæc descripta sunt, non habebantur, nec Galliæ, nec Africæ, nisi solus Osius Spaniensis Eps. de civitate Cordobæ Beticæ Provinciæ.

Hic index continet omnia quæ toto volumine continentur.

Post hæc sequitur index omnium Conciliorum per Provintias digestus. Postremo loco fuit titulus & index ad hunc modum.

Con-

(*a*) Nota hæc .T. mille haud dubie signat.
(*b*) Fuit etiam in Regio magno.

Concilia Hispaniæ.

Concilium Eliberitanum XVIIII. Episcoporum tempore Constantini habitum, quo & Nicæa Synodus. Era CCC.LXII.

Concilium Tarraconense. X. Epor.

Concilium Gerandense. VII. Episc.

Concilium Cæsaraugustanum XII. Ep.

Concilium Ilerdense VIII. Ep.

Concilium Valentinum VI. Ep.

Synodus prima Concilii Toletani habita temporibus Arcadii, & Honorii Aug. XVIIII. Ep.

Synodus secunda Toletani Concilii octo Epor. Et Epistola Montani Episcopi fratribus cunctis directa territorio Palentino commanentibus. — It. Epistola ipsius Montani Episcopi ad Thuribium.

Synodus tertia Toletani Concilii. LXII. Ep. cum confirmatione Reccaredii Principis, & subscriptione eorum in eodem Concilio. Et Homilía Leandri Ep. in laude Ecclesiæ ob conversionem gentis.

Synodus quarta Toletana, con. LXVI. Ep.

Synodus V. Tolet. con. XX. Ep.

Synodus VI. Tolet. Universalis. con. XVIII. Ep.

Synodus VII. Tolet. con. XXX. Ep.

Synodus VIII. Tolet. cont. LII. Ep. Et Decretum Judicii universalis editum in nomine Principis Recesvinti: & lex edita in eodem Concilio ab ipso Principe.

Synodus IX. Tol. XVI. Eporm.

Synodus X. Tol. con. XX. Ep.

Synodus XI. Tol. con. XVII. Ep.

Synodus XII. Tol. con. XXXV. Ep.

Synodus XIII. Tol. con. XVIII. Ep.

Synodus XIV. Tol. con. XVII. Ep.
Synodus XV. Tol. con. LXI Ep.
Synodus XVI. Tol. con. LX. Ep.
Synodus XVII. Tol. con. LX. Ep.
Synodus Braccarensis prima octo Ep. Era DLXIX.
Synodus Braccarensis secunda XII. Ep.
Synodus Bracc. III. in qua sunt cap. ex orientalium patrum.
Synodus à Martino Ep. ordinata atque collecta. Quod sunt Excepta ejusdem Martini.
Synodus Braccarensis IIII. VIII. Ep.
Epistola Episcoporum de con. Spalense ad Pegasium Ep. Missa. Quæ est Synodus I.ª VIII. Ep.
Synodus spalensis VIII. Ep.
Synodus Emeretensis XII. Ep.
Sententiæ, quæ in veteribus exemplaribus conciliorum non habentur, sed à quibusdam in ipsis inserta sunt.
Epistolæ diversorum Patrum numero CIII.

Utrumque exemplari initio habet externa concilia omnia. Inde sequuntur Hispaniæ concilia eo ordine posita, quo sunt in indice superiori digesta. Tarraconense, Cesaraugustanum. Ilerdense, Gerundense, Valentinum, nihil *habuere novum quod transcribendum hic foret.*

EX-

EXCERPTA INSIGNIA

EX CODICE CONCILIORUM

SCURIALENSIS BIBLIOTHECÆ,

QUI VIGILANUS, SEU ALBELDENSIS

APPELLATUR:

DEQUE EJUSDEM CODICIS

DIGNITATE JUDICIUM:

NECNON ET

EX ALIO EJUSDEM BIBLIOTHECÆ

Conciliorum Codice pervetusto, qui Æmilianensis dicitur.

MONITUM

Sequens Judicium, & excerpta historica ex binis Scurialensibus codicibus pervetustis, ultimum in exemplari m. s. locum obtinent. Sed quoniam Auctor, concilia omnia, quæ in Ecclesiæ Toletanæ Codicibus habentur, passim cum Vigilano atque Æmiliano confert; eaque omnia in quibus differunt vel concordant frequenter annotat ad oram: ideo, ordine licet inverso, hic apponere curavimus. Id quod fecimus maxime, ut lector, admonitus quis sit Regius Codex major, quisve Regius minor confusionem ipsi non injiciat frequens ad oram lectio *Idem in Regio magno*; *idem in minori*: *deest in Regio magno*: *deest in minori*, *&c.* Nam Vigilanum, Regium magnum appellat Auctor; Emilianensem, vero minorem dicit.

Est præterea animadvertendum: quod hæc duo Conciliorum exemplaria viginti quatuor abhinc annis & amplius, jussu Regio ad Madritum delata sunt, eo fine ut transcriberentur; relictisque in Regia Bibliotheca Matritensi exactis eorum translationibus, ad nos-

tram

tram Scurialensem deinceps remitterentur: quod ad huc anxie desideramus. Id enim hic obiter annotare voluimus, ne quis, cum judicium de Æmilianensi Codice, & quælibet alia, mutilum in fine viderit, in culpam nos impellat, quod non adjecerimus quæ desiderantur.

EX-

EXCERPTA INSIGNIA

Ex binis Conciliorum vetustissimis Exemplaribus, quibus Regii Divi Laurentii Bibliotheca insignitur: & Moralis Judicium de grandiori; Vigilano, vulgo dicto: It. de minori, Emilianense appellato.

Regium Sancti Laurentii oppido del Escurial Cœnobium, duo habet exemplaria Conciliorum vetustissima Gothicis literis in membrana scripta. Alterum prægrande, quod nos magnum hic appellabimus, multas ubique picturas, auro etiam habet intersperso. Quæ in eo nos insignia annotare potuimus, hæc fuere.

Secunda primi foli pagina picturam habet hominis ad mensam sedentis, unde cornua minutula duo propendent attramenti prorsus receptacula. Ipse calamum manu tenet jam jam scripturus. Superne hæc sunt scripta.

„In exordio igitur hujus libri oriebatur scri-
„bendi votum *mici* [1] Vigilani scriptori (*a*). Sed
„fusorem pargamenorum nimis verebar. Tamen
„quid mici olim convenerit agere? Nisi duvieta-
„te postposita, ut in nomine mei Jesu Christi
„incoasse scribendum. Inito autem affectu certa-
„tim cœpi edere cevi iconia sub impressa modo
„ostendit, & ad ultimum nitens perveni. Idcir-
„co grates ipsi Domino, qui mici dignatus est
„auxilium. Demumque post peracto hujus vitæ
„cur-

[1] i. e. mihi.

(*a*) Nos Fidelissime omnia transcribimus; & quibus litteris in exemplari fuere, iisdem exaramus.

„cursu dignetur largiri præmia æterna. Cum in „regno polorum Amen“.

Secundi folii prima pagina carmen habuit, quod in margine trocaicum esse monstratur. In eo Vigila Scriptor Dei auxilium deposcit.

Sequens pagina cum duobus foliis sequentibus habuit implexam, & in sese revolutam scribendi formam, qualis in epitaphio Silonis Regis est. Petit scriptor idem auxilium, eodem carmine.

Inde Historiam habet à mundi principio per brevem.—Item. Rationem solis & lunæ, & totum computum.—Item. De ventis, quædam.—Item. Veluti arborem consanguinitatis, & affinitatis.

Sequitur Tabula omnium Conciliorum.—Item. Pictura insignis: & de Paradiso quædam.

Depictum deinceps est Crucis Ovetensis ab Angelis fabricatæ simulachrum, quamquam paulo, quam quod nos habemus ornatius. Propendent Alpha, & Omega.

Titulus deinceps totius operis hic fuit.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti incipit liber Canonum Jus Imperiale à totius orbis tenentibus: aptissime namque editus.

Sequuntur carmina eundem titulum latius explicantia. Et argumentum continent indicis amplioris, quod decem libris (ita appellat auctor) per locos communes ad institutionem Clericorum pertinentes digestus est.

Item. Index omnium Conciliorum per singulorum capita distribuitus. Cum indice omnium Conciliorum per Provincias digesto.

Tandem Concilia incipiunt. Nimirum: hucusque Præfationes veluti fuerunt. Nos quæ in His-

pa-

paniæ solum Conciliis nova, aut insignia apparent annotavimus.

Primum fuit Eliberritanum cum titulo: ubi à XIX. Episcopis dicitur celebratum. Subscriptio eadem quæ in cæteris, quæ nos è Toletanis Codicibus habemus. Idem fuit de Terraconensi Concilio: nihil habuit novum. Sed subscriptio hæc fuit.

Joannes in Christi nomine Episcopus Terraconensis Ep.
Paulus Impuritanæ civitatis Ep.
Ector Cartaginensis.
Frontinianus Gerundensis.
Agricius Barcinonensis Ep.
Orentius Eliverritanæ Ep.
Dinudius Ausonitanæ Ep.
Vincentius Cæsarugustanæ civitatis.

In fine libri pictura fuit prægrandis, novem distincta quadris, ternis, & ternis; aliis super aliis appositis.

Superiori loco tres Regum effigies fuere cum titulis. *Cindasvintus. Recesvintus. Egica Rex.*

Tres sequentes effigies, quarum una est *Firminæ* flabellum manu tenentis, hos habent titulos. *Urraca Regina Sancio Rex. Ranimirus Rex.*

Inferiores tres cum tonsura habitu Sacerdotali, & codicibus; hos titulos habent. *Sarracinus Socius — Vigila Scriba — Garsea discipulus.* Duo itaque Vigilam medium honorife pertegunt.

In margine picturæ sic fuit scriptum priscis litteris: iisdem nimirum quibus liber totus. *Vigila Scriba, cùm sodale Sarraceno Presbytero, pariterque cum Garsea discipulo suo, edidit hunc librum. Mementote memoratorum in benedictis.*

Omnibus expletis, carmen est Asclepiadæum, cujus Acrostichæ versus initiantes, hoc continent. *Vigila, Sarracenusque ediderunt.*

Posteriores versus claudentes hoc dicunt. *Era millesima*, sive *quarta decima*. Toto carmine preces ad Deum, Sanctosque omnes continentur, quorum nomina, actus, & scripta in libro recensentur. Medio vero carmine ita inquit.

Ego instar turma centies bina Cœnobii Alvelda plurimum candida.

En Sancti Martini una fraternitas cunctis Sanctis ad Cœlum pervolet pariter.

Et paulo post.

Decies centena ac unum decies quarta Era labens per nota quæ abid (*a*).

Et notatum tempus calendarum Maii quintus vicesimus, seu cursus lunæ.

Ranimiri fratre regnante Sancto Rege Orthodoxo (*b*) *scriptus est liber hic una cum Regina Urraca præclara, Sexto anno obitis Garseani.*

Carmen denuo est Jambicum, cujus primis Acrosticis dicitur.

O Rex genite, initium, finisque Christe

Ultimis scribitur.

Martini Sanctissimi atrium tuere, ac salva Monachorum agmen.

Preces sunt, quibus Deum pro Monasterio Divi Martini precatur. Precat etiam *Sancio*, & *Ranimiro* cœlestem gratiam. Ad finem itaque inquit.

„ Actus est liber Era labens enim hic
„ Ter terna ducta centena in calculo
„ Rite decies, septem anni pariter
„ Juncti collectim seni sic in transitu
„ Solutum ubi revolutum circulum.

AM-

(*a*) Es la misma cuenta de arriba.
(*b*) Nota que son los dos hermanos Reyes de Navarra.

AMBROSII MORALIS

Judicium de hoc grandiori manuscripto Sacrorum Conciliorum volumine, quo Regii hujus cœnobi Divi Laurentii Bibliotheca insignitur.

Codex profecto est multis de causis plurimi faciendus, & tanquam ingens thesaurus digne adservandus. Est enim in primis vel de sola vetustate, quæ ubique venerationem meretur, reverenter suspiciendus. Scriptus enim fuit anno Dominicæ Nativitatis nongentessimo septuagessimo sexto; & mensis Maii dei vigessimo quinto finitus. Hoc scriptor ipse in fine codicis, non uno in loco, non uno modo testatur. Nam asclepiadei carminis ibidem positi Acrosticæ litteræ, quibus versus finiuntur, hoc ipsum referunt, & ipsum carmen commemorat, jambicum sequens repetit, & Regum, qui nominantur, tempora confirmant. Acrostichas autem litteras Græci vocant, quæ cum versus aut inchoant, aut finiunt, alio etiam peculiari, quippiam per se significandi, munere funguntur.

Scripsit autem codicem Vigila Presbyter Monasterii Sancti Martini de Alvelda, ducentis Monachis inhabitati. Quod in eodem illo asclepiadeo carmine scribitur. Secum habuit in scribendo *Sarracinum* Sacerdotem: *Garseam* etiam discipulum. Hoc acrostichæ ejusdem carminis versus inchoantes testantur; & pictura in fine codicis posita etiam docet. Hoc itaque anno Domini, qui nunc est, millesimo, quingentessimo, sep-

septuagesimo primo, mensis Maii die vigessimo quarto; anni expleti sunt quingenti nonaginta quinque postquam codex fuit finitus.

De Regio minori Codice.

Exemplaris initio in Cubica Scriptura, illis temporibus usitatissima, legitur.

Dominus Petrus Ponce de Leon Episcopus Placentinus exemplar habuit vetustissimum, litteris goticis in membrana descriptum, & Alfonsi Regis Sexti fuisse videbatur. Quod ab Sancti Emiliani Monasterio, vulgo dicto de la Cogolla, commodatum acceperat. Nunc vero in Regio Sancti Laurentii Cœnobio asservatur.

Alfonsi Principis librum.

Titulus fuit. In nomine Domini incipit liber decreta Canonum præsulum Romanorum.

Continet autem epistolas Summorum Pontificum decretales quam plurimas, quæ in aliis exemplaribus Conciliorum, & in excussis habentur. Prope finem vero hic fuit titulus.

Incipit libellus fidei Sancti Ambrosii Episcopi atque inde libellus ipse hic fuit.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in Filium & in Spiritum Sanctum. Non ut sit Pater ipse qui Filius, neque Filius ipse qui Pater, neque &c.

Est autem longe diversa hæc fidei regula ab illa, quam in Concilio Toletano primo habemus. Neque tamen hic Priscilliani, aut hæreseos cujuspiam ulla est mentio.

Sequitur Titulus post finem libelli Sancti Ambrosii in hunc modum cum subjecto libello.

In-

Incipit exemplaria profesionum habitarum in Concilio Toletano contra sectam Priscilliani. Era CCCC. XXXVIII°.

Post habitum jam Concilium Kalendis Septembribus, tertio nonas Septembris, post diversas cognitiones, sub die octavo iduum Septembr. &c.

CONCILIUM TOLET. PRIMUM.

Concilium Toletanum primum habuit hæc omnia (a).

Titulus fuit: Concilium Toletanum *primum* [1] decem & novem Episcoporum. Sequuntur

[1] Hic titulus est in Regio minori, sed deest vocabulum primum.

(*a*) Murus primum cum tribus turribus. Titulus Civitas regia Toletum. Erant duæ januæ. Titulus unius. Janua urbis. Alterius. Janua muri. Substat Templum cum Titulo Ecclesia Mariæ Virginis. in janua. Janua Ecclesiæ. Pergebat intraturus Episcopus; altera manu baculum, altera clavem portat. Tonsuram habet exiguam promisso capillitio. Episcopalia indumenta noscuntur. Titulus fuit ascriptus. Asturius.

Sedet inferius Episcopus altera manu codicem, hoc est, in orbem convolutam membranam tenens: altera quasi benedictionem conferat. Titulus. Episcopi. Matrã lit. Adstant tres, qui videntur etiam Episcopi esse. Grex Clericorum advenit cum illis per volutis tomis capillum habent in fronte breviorem decisum, ab auribus retro promisius etiam circuncisum. Titulus. Clericum Codicibus. Fuere etiam arbores depictæ, sive herbam malis. Titulus fuit Herba.

Demum loco inferio tentoria sunt tria: titulus primi. Tentoria. Herba sequitur ex qua veluti cordæ rubeæ propendent. Titulus. Erbæ cum docalibus. Secundi Titulus. Papilio. Pendent loris illigata vascula ex arbore aut herba. Titulus Vascula in ramis. Tertii Titulus Tabernaculum.

tur deinde tituli canonum Concilii ut in impressis reperiuntur. Deinde antequam canones ipsi apponantur, sequitur hic titulus denuo majusculis litteris exaratus, qui non est in impressis.

Constitutio Concilii Episcoporum Toleto habiti Arcadii & Honorii temporibus. Era CCCCXXX.ª sub die septima idus Septembris [1] Stilicone Consule (*a*).

[1] *Ed. Par. R.* Era cccc.xxx.viii. Anno Christi 400.

Inde exordium Concilii in hunc modum litteris consuetis. Convenientibus Episcopis in Ecclesia Toleto, id est, *Patrunius* (*b*), Marcellus, Aphrodisius, *Licianus* (*c*), Jucundus, Severus, Leonas, *Hilerius* (*d*), Olimpius, *Orticius* (*e*), Lampidus, Serenus, Florus, Leporius, *Eustocius* [2], Au-

[2] *Ed. R. P.* Statius.

(*a*) Idem omnino in Regio magno: itidem in minori, sed deest *Era*.

(*b*) Et totum hoc fuit in Regio magno, paucis mutatis, quæ annotavimus. Regius Codex minor *Asturiam* hic est *Ortitium* nominat.

(*c*) Regium magnum *Alacianus*. Regium minus *Licinianus*.

(*d*) Ilarius utrumque Regium.

(*e*) Alterum exemplar minus vetustum hoc loco post Orticium, habet Asturium. Numerusque decem & novem cum eo est complexus. Exemplar vetustius, qui Asturium non habet, numerum habet diminutum, cum decem & octo tantummodo nominentur, unde apparet negligentia Asturium fuisse prætermissum. Id vero manifestum est in fine Concilii, ubi apponitur subscriptio. Nam idem exemplar Asturium tunc apponit, quem initio non habuit.

Regius Codex magnus neque Orticium habet, neque Asturium hoc loco. Estque numerus diminutus. Quindecim tantum hic solum modo commemorat. Regius minor utrumque hic habet Episcopum.

Aurelianus, Lampadius, Exuperantius de Galletia, Lucensis conventus, municipii Celenis; omnes decem & novem: Isti sunt qui & in aliis gestis adversus Priscilliani sectatores, & hæresim, quam adstruxerat, libellarem direxere sententiam. Considentibus Presbyteris, adstantibus Diaconibus, & cæteris, qui intererant Concilio, congregatis. Patrunius Episcopus dixit: Quoniam singuli cœpimus in Ecclesiis nostris facere diversa, &c. usque ad illa verba: per correptionem fratrum emendaverit errorem.

(*a*) Utrumque exemplar Concilii hujus initium ad hunc modum habuit, & litteris quidem vulgaribus & semper similibus continuatum. Itaque illa periodus isti sunt, &c. non diversis litteris, quemadmodum in excussis, sed omnino similibus fuit exarata. Utrumque porro exemplar XX. Concilii capita, quemadmodum habentur excussa, prosequitur, apposita etiam denuo subscriptione.

His expletis recentius exemplar ad hunc modum habet, rubeis majusculisque litteris.

(*b*) Expleta Constitutio Toletani Concilii. Incipit regula fidei Catholicæ contra Priscillianistas,

Hinc

(*a*) Exemplar Reg. magn. eodem modo omnia hæc habet. Subscriptio integra est ferme decem & octo Episcoporum. Asturio etiam & Orticio nominatis. Idem omnino videas in minori Regio. Et subscriptio integra ibi est quemadmodum in principio.

(*b*) Exemplar Regium magn. omnia sequentia continuata habet, neque novum initium est ibi: contra omnes hæreses. Sed omnia litteris rubeis & cœlestis coloris tamquam Titulus continuantur. Regius minor divisa hæc habet ut Toletanum alterum.

Hinc sequitur litteris consuetis.

Contra omnes hæreses, & quam maxime contra Priscillianos, quam Episcopi Tarraconenses, Cartaginenses, Lusitani, & Bætici fecerunt, & cum præcepto Papæ Urbis Romæ Leonis ad Ballconium Episcopum Galletiæ transmiserunt. Ipsi etiam & supra scripta viginti Canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano.

Eadem habuit vetustius exemplar (*a*), præter illa prima verba: *expleta Constitutio Toletani Concilii*. Sunt autem hæc eadem iisdem pene verbis in excussis.

In utroque exemplari quemadmodum in excussis sequitur illico regula fidei. Credimus in unum verum Deum, &c.

In excussis ad calcem regulæ subscriptio est hujusmodi. Patronius Episcopus subscripsit. Marcellus Episcopus subscripsit. Aphrodistus Episcopus subscripsit. Subscripserunt & alii Episcopi, qui interfuerunt Concilio. Hæc subscriptio non fuit hoc loco in duobus Toletanis manuscriptis. Neque Regium magnum exemplar subcriptionem hic habuit, sicut nec minutius.

(*a*) Sed hoc exemplar omnia litteris tum majusculis, tum rubeis habet descripta. Ut plane appareat titulum esse, non textum operis.

Con-

CONCILIUM TOLET. SECUNDUM.

Anno Christi 531.

Titulus hic fuit in manuscriptis ambobus litteris majusculis descriptus.

In nomine Domini Jesu-Christi. Synodus habita in Civitate Toletana apud Montanum Episcopum sub die XVI. Calend. Junias. Anno. V. regni Domini nostri Amalarici Regis Era [1] *DLXII.* (*a*)

[1] Ed. R. Par. Era DLXV.

Alterum exemplar recentius Eram signat. DLXV (*b*). In excussis nec titulus est , nec temporis ulla mentio , præter quam quod in titulo annus quintus Amalarici Regis signatur.

Subscriptio hujusmodi fuit in ambobus vetustis persimilis. Item in Regio magno.

„ Montanus in Christi nomine Episcopus his „ constitutionibus acquievi , relegi & subscripsi „ die & anno quo supra.

„ Pangarius Episcopus his constitutionibus ac- „ quievi, relegi & subscripsi die & anno quo supra.

Canonius Episcopus his constitutionibus ad. rel. & s. d. a. q. s.

Pau-

(*a*) Idem fuit titulus in Regio magno: item in minori.

(*b*) Et alterum exemplar habet certe DLXV. Nam II. duo conjuncta sunt & faciunt notam: U. quæ quinque significat. Plane legendum est DLXV. Nam & ad hunc modum habet Regius Codex magnus , item minor.

Paulus Episcopus ad eumdem cum superioribus modum.

Domitianus Episcopus, &c. ad eumdem modum.

[1] Cod. Reg. magn. Marcianus. Marracinus habet minor cod.

Maracinus[1] in Christi nomine Episcopus ob causam fidei Catholicæ in Toletana urbe exilio deputatus Sanctorum fratrum meorum constitutionibus interfui, relegi & subscripsi die & anno quo supra.

[2] Egarensis, Regius magn. Itidem minor.

Nibridius in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ *Egerensis*[2] Episcopus hanc constitutionem Consacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum post aliquantum temporis advenissem, salva auctoritate priscorum Canonum, relegi, probavi, & subscripsi (*a*).

Huic sequebantur in utroque exemplari duæ Montani Archiepiscopi Epistolæ (*b*), quæ in excussis non habentur. Earum autem meminit in Montano Divus Illefonsus. Titulus utriusque litteris majusculis rubeis fuit descriptus.

Dominis dilectissimis fratribus filiisque territorii Palentini Montanus Episcopus in Domino æternam salutem.

I. Cunctarum Ecclesiarum Domini *paratissimos*

(*a*) In Regio minori post Nebridii subscriptionem sequitur. Justus m. c. n. Episcopus Ecclesiæ Urgelitannæ hanc Constitutionem Consacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, quum post aliquantum temporis advenissem salva auctoritate priscorum Canonum relegi, probavi & subscripsi.

(*b*) Hæ duæ Epistolæ defuere in Regio magno. Item in minori non fuere. Sunt etiam in Ed. Reg. Paris.

mos præsides [1] per Ezequielem profetam terribilis illa commonitorii dictio sub speculatoris nomine concutit, dicens: *Fili hominis, speculatorem dedit te domui Isrrael. Audiens ergo ex ore meo sermonem anuntiabis eis ex me: sic dicente me ad impium: Impii, morte morieris: non annuntiaveris ei nec loquutus fueris ut avertatur à via sua impia, ac vivat: ipse quidem in iniquitate sua morietur; sanguinem autem ejus è manu tua requiram:* (a) & cætera quæ hujus lectionis ordo *de admonendis* [2] *& non admoniti anima* exquirendum ostendit.

II. Hac ergo voce permotus, hujus oficii necessitudinem me suscepisse non nesciens, studere curavi, ne *cujusque* [3] perditi animam de manu mea Christus inquirat, præsertim cum Toletanæ urbis *metropolitanum* [4] *privilegium* vetus consuetudo tradiderit; & eo magis non solum perrochiarum, sed & urbium cura hujus urbis solicitet Sacerdotem. Ergo ut Apostolus dicit: *quid horum vultis? in virga veniam ad vos? an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* (b) Nova namque præsumptio præsidentium vobis Presbyterorum nostros pulsavit auditus; si tamen nova tantum, & non detestabilis dici possit, quæ ab initio fidei catholicæ numquam præter nunc subresisse probatur: ut id quod per mauus Summi Pontificis trinæ Divinitatis invocatio sanctificare consuevit, Presbyter ignarus disciplinæ conficere sibi chrisma præsumerit. Hoc, si ignaviæ est, *tamen* [5] *Domini* Sacerdos esse non debuit. Si præsumptionis est, hunc schismaticum esse quis nesciat, qui inauditam rem, & religioni contra-

[1] *N. ed. Matrit.* potissimos Præsules. *Alius m. s.* peritissimos. *Loays.* Domini piissimi.

[2] *Editio Nova Matrit.* admonentis, admonitique animis; *sed noster cum Gerund. & Urgel. concordat.*

[3] cujus quam.

[4] Metropolis.

[5] Tam demens.

(a) Ezech. 3. & 33.
(b) 1. Cor. 4. 21.

trariam, senescente jam mundo, talis temerator inducat.

III. Revolvatur manibus vestris, ò Presbyteri sacratissimus Numeri liber, in quo vestri oficii in septuaginta seniorum personis auspicatus est honor: & invenietis quorum negotiorum vobis [1]Vos prærrogativa concessa sit. (*a*) *Adjutores suos* [1] ::: Dominus nostri laboris secundo dignitatis gradu esse voluit; non temeratores sacrarum quarundam rerum esse permissit. Sic Nadab, & Abiud ignem offerentes alienum, id est, sui officii non debitum, divinus ignis absumpsit. Sic Chore, Datham, & Abiron Moseo, Dei gratia, & divinis eloquiis perfruenti invidentibus, ac dicentibus: „Non tibi soli loqutus est Deus, quia omnis „congregatio sancta est, (*b*) nobis cismathicis in- [2]Ut teritus novæ perditionis advenit, *&* [2] jejuno ore insatiabiliter terra absorberet, quos indignatio divina damnasset. Quid memorem Oziam, qui non contentus regalibus fascibus, ne fungeretur & sa- [3]Jus *Ed. n. Matr.* cerdotis officio, contra *legem* [3] fasque potestativo elatus cothurno, oblationem expiationis solis Sacerdotibus debitam dum offerre pararet, sic [4]Scælesti *m. s.* ultione *cœlesti* [4] lepra perfunditur, ut munere Sacerdotis, & regni exors, usque ad obitum permaneret? Ozia pariter, quantum ad ipsum erat, devoto officio, juvencis calcitrantibus, ne arca Dei levaretur, substinere parantem divinitus percussio inlata consumpsit; ostendere scilicet volens, quia nullis omnino causis, nec sub occasione humilitatis præsumentibus, divina officia, & Sacramenta cœlestia ab eo, cui non incumbit officium, contingi aliquatenus debent.

Ca-

(*a*) Num. 11. 16.
(*b*) Num. 16. 3.

IV. Caveant ergo, caveant hi, qui sibi putant esse licitum quod aliis non ignorant esse illicitum; ne similis eos horum, quos memoravimus, pœna percellat. An forsitan Sanctorum Patrum regulas, & Constitutiones Sinodicas ignoratis, quibus præcipitur ut *Parracienses* [1] Presbyteri non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacrariorum annuis vicibus Chrisma á præsidente sibi Episcopo petantur? Credo, quod qui petere jusserunt, potestatem consecrandi penitus abstulerunt. *Providerit* [2] ergo charitas vestra, ne post hujus humilitatis nostræ interdictum, donec & consuetus vobis, á Domino præparatur Antistes; quod quisquam vetita iterare, si quis vetita latrare præsumat, & incipiat graviorem Eglesiasticæ *discretionis* [3] substinere censuram. Utatur quisquis honori suo concesso privilegio, quod proprium sit ordinis presbyterii; nec quod Summi Pontificatus est improbus minister absumat. Quod si *quis* [4] post hanc admonitionem in hujuscemodi rebus aliquatenus fuerit deprehensus, sub anathematis insolubili vinculo se noverit esse damnandum. Cui in hoc ipsum non parum humanitatis conceditur, quod nunc eum transire patimur impunitum.

V. Sané si Dominus voluerit, cum tempus Paschalis festivitatis advenerit, si vobis ad petendum impossibile est, datis litteris vestris indicare *debebitis* [5] & nos sacri hujus liquoris ultro poterimus transmittere gratiam, dummodo non pres*umantur* illicita.

VI. Pari ratione cognovimus, quod ad consecrationem Basilicarum alienæ sortis á vobis Episcopi invitentur, & licet sint unius fidei copula nobiscum in Christo conexi, tamen nec Provintiæ privilegiis, nec rerum Domini noscuntur uti-

[1] Parochenses.

[2] Providebit.

[3] Districtionis.

[4] *Ed. Nov. Mat.* Quisquis.

[5] *Ed. Mat.* debetis. *Al. Cod. cum nostro* debebitis: *ita Gerun. & Urg.*

utilitatibus convenire, quia jam ad ipsum hujuscemodi fama perlata est. Ideoque salubri ordenatione censuimus, ut si quando talis necessitas incubuerit, litteris nos informare debeatis, & aut per Nos, aut per eum, qui nobis ex Fratribus & Coepiscopis nostris visus fuerit, & Consecratio Eglesiarum, Deo auspice, poterit celebrari.

VII. Præterea perditissimam Priscillianistarum sectam tam actis, quam nomine á vobis præcipuè novimus honorari. Rogo, quæ est ista dementia in ejus amore superflue *elabi* [1] quem in opere non vellis immitari? Nam, ut pauca *de rebus spurcis*simis [2] in notitiam vestri deducam, exceptis iis, quæ in Divinitate profanus erupit, & ore sacrilego blasphemavit, omnium vitiorum in eodem congeries, veluti in sordium sentina confluxit, ut sectatricum pudorem *impuderatus* [3] adulter eriperet: & ut ad sceleris nefarii effectum facilius perveniret, maleficii usum *gesta etiam* [4] ei adsignant. Quid tamen in *hunc* [5] Religioni congruum fidelis cujusquam anima veneratur, qui non solum á sanctis Sacerdotibus refutatus est, verum etiam mundani Principes justitia legum suarum eum pro memorati sceleris qualitate damnarunt?

VIII. Hunc talem fuisse, plenius discet, qui beatissimi ac religiosissimi viri Thoribii Episcopi ad Sanctum Papam urbis Romæ Leonem libros editos legit, in quibus hanc sordidam hæresim explanavit, aperuit, & occultam tenebris suis, perfidiæque nuvæ velatam in propatulo missit. Ex ipsis etenim libris, qualiter cavere, quid respondere contra sacrilegos possit, pius lector inveniet. Unde, quæso, ut perfidiam cum auctore damnantes atque anathematizantes, rectæ fidei regulam teneatis, & de omnibus supra scrip-

[1] Labi.

[2] *Ed. Mat.* de ejus spurcitiis.

[3] *Ed. N. Mat.* impudefactus. *Sed cum nro. cod. Loays. & Florez. & Gerund.* impuderatus.

[4] Deficiunt in nostro codice hæc verba, vacumque est relictum.

[5] *Ed. Mat.* in hoc. *Ita & Loays. Florez vero ex suis m.ss. cum nostro edebat* in hunc.

tis cautiores exhibere vos procuretis, quò facilius nec mihi de taciturnitate possit esse damnatio, & vobis de obedientia fructum maximum coram Salvatore Deo nostro providere possitis. Pax vobis [1] cum omnibus vobis. Amen.

[1] Pax *Domini* cum.

EPISTOLA SECUNDA.

Domino Eximio, præcipuoque Christicolæ.

Domino & filio Theoribio, Montanus Episcopus.

I. Alumnum::: [2] & Fidei Catholicæ, & Sanctæ Religionis amicum, etiam in actis mundialibus conversantem vel de te novimus & probavimus. Cum enim adhuc floreres in sæculo, ita claritudinis tuæ vita *propatuit*, [3] ut secundum sententiam Domini, & quæ sunt Cæsaris Cæsari non negares, & Deo quæ sua sunt, devota mente persolveres. Jure etenim auctorem te divini cultus in hac præsertim Provintia nominabo. Putas ne quanta tibi apud Deum maneat merces cujus solertia vel *instinctu* [4] & idolatriæ error abcessit, & Priscillianistarum detestabilis ac pudibunda secta contabuit? Si *tamen* [5] adhuc & in *nomen* exhonorare desistant, cujus per tuam admonitionem conlapsa esse opera non ignorant. Nam de terrenorum Dominorum fide quid loquar? Cui ita tuum impendisti laborem, ut feroces cohabitantium tibi animos ad salubrem regulam & normam regularis disciplinæ *duceres* [6] »Præstabit divina Clementia quia id quod summo labore conatus est, precibus & oratione »perfruaris« [7] Quæ tamen ex Palentino conventu ad nos pervenerint, celsitudini vestræ indicare cu-

[2] *Ed. M.* te.

[3] *Ed. Mat.* perpatuit.

[4] *Ed. M.* instantia.

[5] *Ed. M.* tandem... in nomine.

Toribii in Reges fidelitas.

[6] *Ed. Mat.* perduceres.

[7] Periodus hæc in Ed. Matr. tota deest.

curavi: quo facilius per vestram increpationem nefanda præsumptio in posterum conquiescat.

II. Quidam (ut ad nos perlatum est) Presbyteri ausu temerario res sacras non tam consecrare, quam violare præsumunt: & cunctis ab initio fidei catholicæ sæculis inusitatum ,,Summis,, [1] sui ordinis hominibus, nisi tantum Pontificibus debitum, jus consecrationis chrismæ, nescio quo typo, an dementia dicam, indubitanter *assumunt*: [2] quod quam sacrilegum sit, piissimam conscientiam tuam latere non credo: & ideo spero, ut pro enervanda hac ipsa superfluitate, *severissimi Sacerdotis auctoritate utaris*, & tantæ rei temeratores districtiori increpatione coerceas. Qui si post... [3] admonitionem nefas iterare præsumpserint, contumacia eorum sententia convenienti damnabitur.

[1] *Ed. Mat.* *non habet* summis.

[2] Adsumunt.

[3] *Ed. Mat.* Qui si post *datam* admonitionem.

III. Simili ratione cognovimus, eo quod necessitudine consecrandarum Basilicarum fratres nostri alienæ sortis Episcopi in [4] locis *sanctis* invitati conveniant: & licet sit in toto orbe sponsæ Christi thalamus unus, ejusque Antistites una in eodem fibula charitatis, & fidei unione connexi, quod tamen privilegium (*a*) Decessori nostro, nec non Dominis & Fratribus nostris Carpentaniæ [5] vel Celtiberiæ Episcopis vester Coepiscopus fecit, in exemplaribus caritati vestræ direximus; ut scire possitis, improba petitio qualem potuisset habere profectum.

[4] *Ed. Mat.* istis.

[5] Carpentaniæ Episcopi.

IV. Et certè municipia, id est, Segobiam, Brittablo, & Caucam [6] eidem non quidem rationabiliter, sed pro nominis dignitate concessimus:

[6] Quæ oppida & longe dissita Toletanus Archiepiscopus in ditionem vel diocesim concederet.

(*a*) Autem quod prævilegium dicat. Nam hoc ad Regis Gundemarii edictum videtur pertinere. Mor.

mus: ne conlata benedictio, persona vagante, vilesceret. Quod ipsi tantummodo, dum advivit, præstitum fuisse cognoscite. Hoc ergo providere volumus, ut consuetudinem antiquam nulla ratione prætermittere debeatis. Quod si hæc nostra admonitio in vobis nihil profecerit, necesse nobis erit Domini nostri exinde auribus intimare, pariter & filio nostro Ergani suggerere, & hujusmodi ausum præcepta culminis ejus vel districtio judicis, non sine vestro detrimento, severissime vindicabunt: tanta etenim, tribuente Domino, ejus est pietas, ut nihil de hoc quod jus antiquum custodisse probatur, immutari permitat. Divina vos custodiat Trinitas. Amen.

Erganes judex erat & Rector Provintiæ.

CONCILIUM TOLETANUM TERTIUM.

Anno Christi 589.

Nihil fuit in toto Concilio annotationem dignum. Et subscriptionem jam in Historia emendavimus. Titulus Concilii hic fuit.

[1] In nomine Domini nostri Jesu-Christi. anno regnante IIII. gloriosissimo Domino Recaredo Rege, die octavo Iduum Majar. *Era DCLI.* [2] hæc Sancta Synodus habita est in civitate regia Toletana ab Episcopis totius Hispaniæ, vel *Galliæ*, [3] qui infra subscripti sunt. (*a*)

[1] Eadem fere omnia in Regio magno.

[2] *Ed. Par.* Era DC.XXVII.

[3] Galliciæ.

Edictum, post Concilium, Regis, hunc titulum habuit.

„Gloriosissimus Dominus noster Recaredus „Rex

(*a*) Titulus initio in Regio appositus ad finem habuit hæc verba. *Ubi Recaredus Rex omnibus Episcopis locutus est.*

„Rex *universorum*, [1] sub Regni nostri potestate *consistentium.* [2]

[1] *Ed. Paris.* universis...
[2] Consistentibus.

Neque habet numerum anni in fine: neque fuit in Regio magno.

Finito Concilio cum subscriptione, hic inerat titulus cum homilia.

Homilia Sancti Leandri Episcopi in laudem Eglesiæ, ob conversionem gentis; post Concilium & Confirmationem Canonum edita. (*a*)

Festivitatem hanc omnium esse solemniorem festivitatum, novitas ipsa significat. Quoniam sicut nova est conversio tantarum plebium causa, *ita* [3] & nobiliora sunt solito Eglesiæ gaudia: Nam multas solemnitates per anni *decursum* [4] celebrat Eglesia; in quibus *tamen si* [5] habet gaudia consueta, nova vero sicut in hac non habet. Aliter enim gaudet de rebus semper posesssis, aliter de lucris magnis his nuper inventis. Pro quare & nos *ideo* [6] majoribus gaudiis elevamur, *quod de* repente novos Eglesiam parturisse populos intuemur: & quorum *aspiritate* [7] quondam gemebamus, de eorum nunc gaudemus credulitate. Materia ergo gaudii nostri tribulationis præteritæ occasio fuit. Gemebamus, dum gravaremur, dum exprobaremur; sed gemitus illi id egerunt, ut hi, qui per infidelitatem nobis erant sarcina, fierent nostra per suam conversionem corona. Hoc enim gratulative profert in psalmis Eglesia dicens: *in tribulationem dilatasti me*: (*b*) & Sara dum sepe á Regibus concupiscitur, nec maculam pudicitiæ sentit, & Abraham causa pulcritudinis suæ

[3] *In Ed. Reg. Par. deest* ita.
[4] *Ed. Reg. P.* discursum.
[5] Tametsi.
[6] *Deest.* ideo.
[7] Asperitatem.

di

(*a*) Hæc homilia non fuit in Regio magno, neque in minori.
(*b*) Ps. 4.

divitem facit: (*a*) ab ipsis enim Regibus Abraham ditatur, á quibus Sara concupiscitur. Condigne ergo Eglesia Catholica gentes, quas simul senserit fidei suæ decore, *ab suo* [1] eas *sponso*, [2] hoc est, Christo, *lucrandas ducit*, [3] & per ea regna suum virum divitem reddit, per quæ se inquietari persenserit. Sic enim dum ex initio lacessitur, vel invidentium dentibus mordetur, dum præmitur, eruditur; & dum insectatur, dilatatur. Quoniam patientia sua æmulatores suos aut superat aut lucratur. *Dicat* [4] enim ad eam Divinus sermo: multæ filiæ congregaverunt divitias, tu vero supergressa est universas. (*b*) *Nec mirum* [5] *sit* quod hæreses filiæ dicuntur, sed attendendum quod loco spinarum ponuntur: filiæ sunt, eo quod ex semichristiano generantur; spinæ sunt, eo quod foris á Dei paradiso, hoc est, extra Catholicam Eglesiam *nascantur* [6] & hoc *conjectura* [7] sensus nostri, sed scripturæ divinæ auctoritate probatur, dicente Salomone: *sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* (*c*) Ergo ne magnum vobis videretur quod hæreses dixerit filias, continuo eas *nominat* [8] esse spinas; hæreses, inquam, aut in aliquem angulum mundi, aut in unam gentem inveniuntur versari. Eglesia vero Catholica, sicut per totum mundum tenditur, ita & omnium gentium societate constituitur. Recte ergo hæreses in cavernis, quibus latent, congregant ex parte divitias: Eglesia autem Catholica in speculo totius mundi locupletata supergreditur *universas.* [9] Exulta ergo, & lætare Eglesia Dei: gaude, & consurge unum corpus Christi, induere fortitudine, & jubila exulta-

[1] Ad sui.
[2] Sponsi.
[3] Lucra transducit.
[4] Dicit.
[5] Si non mirum deest sit.
[6] Nutriuntur.
[7] Lectura.
[8] Numerat.
[9] Universis.

(*a*) Gen. 20.
(*b*) Prov. 31.
(*c*) Cant. 2.

tatione: quoniam tui mærores in gaudium sunt mutati, & *tristis* [1] habitus in amictum lætitiæ versus est. Ecce repente oblita sterilitatis & paupertatis tuæ, uno partu populus innumeros genuisti Christo tuo. Nam dispendiis tuis proficis, tuoque damno subcrescis: tantus denique est sponsus tuus, cujus imperio regeris, ut dum te patiatur deprædari ad modicum, rursum prædam tuam ad te reducat, & hostes tuos tibi conquirat. Sic autem agricola, sic piscator, dum lucra attendit futura, quæ seminat, & que modo [2] incesserit, non imputat damna. Tu proinde jam ne fleas, ne lugeas, temporaliter quosdam recessisse à te, quos cernis cum magnis lucris rediisse ad te. Exulta ergo, fidei confidentia, & tui capitis merito, fide esto robusta, dum quæ recolis olim repromissa, nunc cernis fuisse completa. Ait enim in Evangelio ipsa veritas: *Oportebat Christum mori pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum* (*a*). Tu profecto in psalmis proclamas, odientibus pacem dicens: *Magnificate Dominum meum, & exaltemus nomen ejus in unum* (*b*). Et rursum: *In conveniendo populos in unum, & regna ut serviant Domino* (*c*).

[1] Tristitiæ.

[2] Amodo.

Quam dulcis sit charitas, quam delectabilis unitas, non nesciens, per prophetica vaticinia, per evangelica oracula, per apostolica documenta, non nisi conexionem gentium prædicas, non nisi unitatem populorum suspiras, non nisi pacis & charitatis bona disseminas. Lætare ergo in Domino, eo quod non sis fraudata desiderio tuo: nam

(*a*) Joan. 11.
(*b*) Ps. 33.
(*c*) Ps. 101.

nam quos tanto tempore, gemitu teste & oratione continua concepisti; nunc post glaciem, hiemem, post *duritiem* [1] frigoris, post austeritatem nivis, velut jocunditatem agrorum, frugem, & lætos verni, *temporis* [2], flores, vel arridentes vinearum stipitibus palmites, repente in gaudio peperisti. Ergo, fratres, tota *hilaritate* [3] amimi exultemus in Domino, & jubilemus Deo salutari nostro. Hoc de cætero per ea, quæ jam sublata sunt, ea quæ adhuc expectantur implenda, vera esse credamus. Quæ enim præfata sunt, Domino dicente: *Alias oves* habeo, quæ *non* sunt *ex hoc ovili*, *& illas* oportet ad *me aduci* [4], *ut sit* unus grex, & unus Pastor (*a*); ecce *cernimus* [5] fuisse completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum posse in Christo credere, atque ad unam Ecclesiam convenire. Quoniam rursus ipso testificante didicimus in Evangelio: *& prædicabitur*, inquit, *hoc evangelium regni in universo orbe*, *in testimonium omnibus gentibus* & tunc, inquit, veniet consumatio (*b*). Si ergo remansit pars aliqua mundi, vel gens barbara, quam fides non irradiaberit Christi; profecto crediturам, atque in unam Ecclesiam esse venturam nullo modo dubitemus, si ea, quæ Dominus dixit, vera esse putamus. Ergo, fratres, reposita est loco malignitatis bonitas, & errori occurrit veritas: ut quia superbia linguarum diversitate ab unione gentes separaverat, eas rursus gremio germanitatis colligeret charitas: & quemadmodum unus possessor est totius mundi Dominus, ita *et* [6] possessionis ejus esset unum cor & animus unus: *Pete à me*, ait, & *dabo tibi gentes hæreditatem* tuam, & *possessionem tuam terminos*

1 Duritiam.

2 *Deest* temporis.

3 Charitate

4 Me adducere.

5 Contuemur.

6 Ut

(*a*) Joann. 10.
(*b*) Matth. 24.

nos terræ (*a*). Propterea & ex uno homine propagatum est omne hominum genus: ut qui ex uno illo procederent, unum saperent, unitatem quærerent, & diligerent. Ordo ergo naturalis exposcit, ut qui ex uno homine trahunt originem, mutuam teneant charitatem: nec dissentiant à fidei veritate, qui non *disjunguntur* [1] naturali propagatione. Hæreses vero, & divisiones è fonte manant vitiorum; unde quisquis ad *unitatem*[2] venit, ex vitio ad naturam redit: quia sicut naturæ est fieri ex pluribus::: [3] unitatem; sic est vitii, fraternitatis declinare dulcedinem. *Erigamus ergo totam mentem* [4] in gaudio; ut quia gentes studio decertandi perierant, sibimet in amicitiam Christus unam Ecclesiam procuraret, in qua eas rursus reduceret concordia charitatis. De hac profecto Ecclesia vaticinatur Propheta, dicens: *Domus* mea *domus orationis vocabitur omnibus gentibus*: & iterum: *Erit*, inquit, in *novissimis diebus præparatus mons domus Domini* in *vertice montium, & elevabitur super colles*, & *fluent* ad *eum omnes gentes*, *& ibunt populi multi*, *& dicent*: *venite ascendamus ad montem Domini*, *& ad domum Dei Jacob* (*b*). Mons enim Christus est: & domus Dei Jacob, una Ecclesia est ejus: ad quam & gentium concursum, & populorum pronuntiat confluere conventum. De qua rursum in alio loco dicit Propheta: *Surge*, *inluminare Hierusalem, quia venit lumen tuum*, *& gloria Domini Super te orta est*: *& ambulabunt*, ait, *gentes in lumine tuo*, *& gentes* [5] *in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos*, *& vide*: *omnes isti congregati sunt*, *& venerunt tibi*: *& ædificabunt*, inquit, *filii peregrinorum muros tuos*, *& reges eorum*

[1] Disjungitur.
[2] Lenitatem
[3] Forte ad unitatem
[4] Erigamur tota mente.
[5] Reges.

(*a*) Ps. 2.
(*b*) Is. 2.

rum ministrabunt tibi (*a*). Qui ut notesceret quæ ventura *erant* [1] genti, vel populo, quæ ab unius Ecclesiæ communione *recessissent*, *prosequitur* [2] dicens: *gens enim, & regnum, quod non servierit tibi, peribit* [3] (*b*). Alio denique loco similiter ait: *Et gentem quam nesciebas, vocabis; & gentes quæ non cognoverunt te, ad te current* (*c*). Unus enim est Christus Dominus, cujus est una per totum mundum Eglesia, Sancta Possessio: ille *namque* [4] caput; ista corpus, de quibus in principio Genesis dicitur: *Erunt duo in carne una* (*d*): quod Apostolus in Christo intelligit, & in Eglesia (*e*). Dum ergo ex omnibus gentibus unam vult Christus habere Eglesiam, quicumque extraneus est ab ea, licet *Christiano nomine* [5] nuncupetur; Christi tamen corporis compage non continetur. Hægresis enim, quæ respuit catholicæ Ecclesiæ unitatem, eo quod adulterino amore diligat Christum, non uxoris, sed concubinæ obtinet locum. Quoniam revera duos dicit Scriptura esse in carne una: videlicet Christum; & Eglesiam: quo locum meretrix nullum invenit tertium. *Una est enim*, ait Christus, *amica mea, una est Sponsa mea, una est genitricis suæ filia* (*f*). De quo item eadem Eglesia pronuntiat dicens? *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi* (*g*). Quærant nunc hæreses, à quo construpentur, vel cujus sint prostibulum factæ: quoniam ab immaculato toro recesserunt Christi: *Cui* [6] quanto pretiossam esse novimus copulam charitatis, *eo magis Deum* [7] *in*

1 Essent
2 Recidissent. Secutus est.
3 Ecce
4 Igitur::&
5 Christi nomine
6 A quo
7 Tanto Deum.

(*a*) Is. 68.
(*b*) Is. 55.
(*c*) Is. 57.
(*d*) Gen. 2.
(*e*) Ephes. 5.
(*f*) Cant. 6.
(*g*) Cant. 7.

[1 *Deest* in] *in* [1] hac celebritate laudemus: *quia* [2] gentes, pro
[2 Quod] [3 *Deest* est.] quibus sanguis fussus,, *est*,, [3] unigeniti sui, non
passus est extra unum ovile diaboli dentibus de-
[4 Igitur.] vorari. Lugeat *vero* [4] veternosus prædo suam præ-
dam amisisse: quia impletum videmus quod Pro-
pheta vaticinante audivimus. *Equidem*, inquit,
[5 Tollitur.] hæc *captivitas* à forte *tolletur* [5] & quod *ablatum*
[6 Salvabitur.] *fuerat à robusto* (*a*) *salvatur.* [6] Parietem enim dis-
[7 Domini.] cordiæ, quem fabricaverat diabolus, pax *Christi* [7]
dextruxit; & domus quæ divisione in mutuam
certabat cedem, uno jam Christo lapide angu-
lari conjungitur, Dicamus ergo omnes: *gloria in*
excelsis Deo, *& in terra pax hominibus bonæ*
voluntatis (*b*). Nullum enim præmium charitati
[8 Quia.] compensatur. Inde omni gaudio præponitur, *quod* [8]
[9 Est] & charitas facta *sit* [9] quæ omnium virtutum ob-
tinet principatum. Superest autem ut unanimiter
unum omnes regnum effecti, tam pro stabilitate
[10 *Deest* pro.] regni terreni, quam *pro* [10] felicitate regni cœles-
tis, Deum precibus adeamus; ut regnum, & gens,
quæ Christum glorificavit in terris, glorificetur ab
illo non solum in terris, sed etiam in cœlis. Amen.

Superiora tria Concilia annorum, & numeros, quos hic, & in Chronico assignavimus habuerunt. Et recte sane. Quorundam sequentium Conciliorum anni, magnopere videntur perversi, & confusi. Eos hic fideliter, ut in ambobus Exemplaribus reperiebantur apposuimus, ut judicare circunspectius, & maturius de eorum perversitate possemus.

QUARTUM CONCILIUM TOLET.

Anno Christi 633.

Titulus hic fuit majusculis & rubeis scriptum.

Gesta Synodalia in Toletana Urbe apud Conci-

(*a*) Is. 49.
(*b*) Luc. 1.

cilium LXVI. [1] Episcoporum Hispaniæ & Galliæ Provintiarum. Edita anno III. regnante Domino nostro gloriosissimo Principe *Cisinando*, [2] die nonas Decembris. Era DC. LXX. (*a*)

Dum studio amoris Christi &c. Initium hoc nihil habuit insigne.

[1] *Editio Reg. Par.* LXII. *Eadem omnia sunt in Regio magno.*
[2] Sisenando.

QUINTUM CONCILIUM TOLET.

Concilium Toletanum quintum XX. Episcoporum Era DC. LXIIII.[3] anno 1°. Domini nostri Chintiliani Regis.

In uno pacis *Collegio* [4] in *basilicam* [5] Sanctæ *Confessoris* [6] Leocadiæ, qui consedimus &c.

Regius magnus eadem habet: numerus tantum variat. Nimirum, ibi est: DC. LXXIIII. Est idem numerus in Regio minori Laurentino. Sed ego non dubito quin eadem sit Era in Toletanis; sed connexionem notarum ei, qui hæc transcripsit, imposuit.

Anno Christi 636.
[3] *Paris.* DC. LXXIV.
[4] Osculo.
[5] Basilica.
[6] *Regius mag.* Martyris. *Itidem minor.*

SEXTUM CONCILIUM TOLET.

Titulus, & Initium.

Concilium Toletanum Sextum XVIIII [7] Episcoporum Universale. In nomine Domini Jesu Christi feliciter.

Convenientibus nobis Hispaniarum, *Galliæ* [8] que Pontificibus, summis orthodoxi, & gloriosi Chintilani Regis salutaribus hortamentis, atque in Prætorio Toletano in Ecclesia Sanctæ Leocadiæ *Virginis*, [9] debitis sedibus conlocatis, sub *die V.* [10] Idus Junias, anno præfati Principis, & triumphatoris in Christo II. [11] Era DC.LXVI. [12] (*b*).

In

Anno Christi 638.
[7] *Edit. Reg. Par.* LII. Episcop.
[8] Galliciæque.
[9] Martyris. *R. M. It. min.*
[10] *Ed. R. Par.* sub die sexta.
[11] *Isid.* anno pr. DCLXXVI.
[12] *Is.* DCLXXX.

(*a*) Regius magn. LXXI. Itidem minor. Cum eo concordat Paris. Ed. ex collect. Isidori. Edit. Loays. & Aguirre &c.

(*b*) Reg. magn. non per notas sed plane, & plene scriptum habet Era sexcentessima, septuagessima sexta. It minor idem per notas habet. Isid. DC.LXXX.

In veteribus, Subscriptiones sunt tantummodo Metropolitanorum quinque. *Selva*[1] Narbonensis. Julianus Bracc. Eugenius Toletanus. Honoratus Hispal. Protasius[2] ::: Tarrac. Regium magnum integram hic habet omnium Episcoporum Subscriptionem.

[1] Salva & Silva.
[2] *Ed. R. Par.* Valentinæ *al.* Placentinæ.

SEPTIMUM CONCILIUM TOLET.

Anno Chr. 646.

Titulus, & Initium.

In nomine Domini & Salvatoris nostri Synodale Decretum in Toletana Urbe XXX: Episcoporum Concilio gesta *anno V.*[3] Clementissimo Domino nostro Chindasvinto regnante. die XV. Calendas Novembris. Era DC. LXXXIII.

[3] *Isid.* anno VI.

Præfatio.

Cum in Sanctæ nomine Trinitatis, pro quibusdam Disciplinis Ecclesiasticis, &c. Nihil habuit insigne hoc principium (*a*).

OCTAVUM CONCILIUM TOLET.

Anno Christi 653.

Titulus & Initium.

In nomini Domini Salvatoris nostri Jesu-Christi incipiunt gesta Synodalia LII. Pontificum in Uıbe regia celebrata die XVII. Calendar. Januarium. *Era DCLXI.*[4]

Anno V. Ortodoxi atque gloriosi, *& veræ*[5] *clementiæ dignitate perspicui*[6] Recesvincti Regis, cum nos divinæ ordinatio voluntatis, ejusdem Principis serenissimi jussu, in Basilica Sanctorum Apostolorum, ad Sacrum Synodi coegisset adgregari Conventum &c.

[4] *Ed. R. Par.* Era DC. XCI.
[5] *Ed. R. Par.* vera Clementiæ dignitate.
[6] *Isid.* præcipui.

Tomus ita finitur.

Datum sub die XVII. Calendarum Januariarum anno feliciter V. gloriæ regni nostri. (*b*)

Ed. R. Par. idem.

NO-

(*a*) Omnia habet eadem omnino Regius magn. & minor.
(*b*) Omnia eadem sunt in Regio magn. in minor. etiam.

NONUM CONCILIUM TOLET.

Titulus, & Initium.

Synodus Toletana nona, XVI. Episcoporum, anno VII. Domini Recesvincti Principis acta. Era DCLXIII (*a*). Anno Christi 655.

(*b*) Dum canonicæ definitionis edicto in Toletanam Urbem Patres agendò Concilio post diem Callendarum Novembrium, anno VII. Recesvincti Principis gloriosi, in Basilica Sanctæ Mariæ Virginis, in unum fuissemus, Domino favente, collecti, &c.

In fine. Consumatumque est hoc Sanctum Concilium die VIII Calendarum Decembrium, anno feliciter VII. regni Serenissimi, atque Clementissimi Domini nostri Recesvincti Regis. Era DCLXIII (*c*).

DECIMUM CONCILIUM TOLET.

Titulus, & Initium.

In nomine Domini habita Synodus XX. (*d*) Episcoporum in Toletana Urbe. Die Callendarum De- Anno Christi 656.

(*a*) Ed. R. Paris. DCXCIII. Omnia sunt in Laurentino magno: sed Eram habet. DCLXXVIIII.

(*b*) Regium magn. hic habet hunc titulum. Decretum Universalis Judicii editum in nomine Principis. Edictum ita incipit. Soliditatem redidisse fracturæ, atque fecisse consurgere, quod constiterit concidisse, & incrementum est, usuatæ mercedis, &c. Annotavit autem in margine Peresius, hoc in impressis edictum non haberi. Datum non habuit.

(*c*) Idem est in minori regio. ed. Paris. Era DCXCIII. Isid. DCLVII. posita Era pro anno Christi.

(*d*) Similiter in Laurentino magno: itidem in minori. Nisi nota novæ formæ quæ numerum auget.

Decembrium. anno VIII gloriosissimi, & religiosissimi Recesvincti Principis. Era DCLXIIII. [1]

Initium nihil habuit insigne.

[1] *Edit. R. Paris.* DCXCIV.

UNDECIMUM CONCILIUM TOLET.

Titulus, & Initium.

Anno Christi 675.

In nomine Domini. incipit. gesta Synodalia Concilii Toletani XI. acta in Urbe Regia, Toletana Sede. *à XVII* [2] Episcopis; anno IIII. regni gloriosi Principis *Wambaris* [3] sub die VII Idus Novembris. *Era. DCCXIII.* [4]

In nomine Sanctæ Trinitatis collectis in unum Carthaginis Provintiæ Sacerdotibus in Toletana Urbe, in Beatæ Matris Domini Mariæ Virginis Sede: anno IIII. Excellentissimi, & religiosi Wbambaris Principis. Sub die VII. Idus Novembris, &c.

[2] *Edit. R. Paris.* à XIX. ep.
[3] *Edit. R. Paris.* Wambani.
[4] *Habet Chronicon Generale.* ERA DCCXVII.

DUODECIMUM CONCILIUM TOLET.

Titulus, & Initium.

Anno Christi 681.

In nomine Domini Acta Synodalia apud Urbem regiam celebrata sub die V. Iduum Majarum. Era DCCXIX.

Anno primo Orthodoxi, atque Serenissimi Domini nostri Ervigii Regis; cum ex glosioso prædicti Principis jussu, in unum fuissemus adgregati Conventum; & in Basilica Sanctorum Apostolorum debitis in sedibus locaremur; adfuit nobis, &c.

Tomi Regii datum.

Datum sub die V. Idus Januarias, anno feliciter I.° regni serenitatis nostræ, in Dei nomine tranquillitatis nostræ sedis, Toleto.

In

In fine Concilii. Consumatum est hoc Sanctum Concilium die VIII Calendas Februarias, anno Regni feliciter primo Serenissimi, atque Clementissimi Domini nostri Ervigii Regis. *Era DCXVIII.* [1]

Item in fine legis qua Concilium Confirmatur.

Edita lex in confirmatione Concilii. Toleto sub die VIII. Calendas Februarias, anno feliciter I°. Regni gloriæ nostræ.

Finita hac lege, Gundemari Regis concilium sequebatur in Regio magno; quod nos transcripsimus; & est hujusmodi.

CONCILIUM REGIS GUNDEMARI.

In Regio magno post duodecimum Toletánum Concilium (*a*), ad hunc modum fuit initium & titulus. Neque aliud initium, aliusve titulus fuit.

Incipit Decretum piissimi atque religiosissimi Principis nostri Gundemari Regis.

Flavius Gundemarus Rex, venerabilibus Patribus nostris Cartaginensibus Sacerdotibus.

Licet Regni nostri cura in disponendis atque gubernandis humani generis rebus promptissima esse videatur: tunc tamen majestas nostra maxime gloriosiori decoratur fama virtutum, cum ea, quæ ad Divinitatis & religionis ordinem pertinent, æquitate rectissimi tramitis disponuntur: scientes ob hoc pietatem nostram non solum diuturnum temporalis Imperii consequi Titulum, sed etiam æternorum adipisci gloriam meritorum.

Nonnullam [2] enim in disciplinis Ecclesiasticis con-

[1] *Edit. R. Paris.* Era DCCXIX.

Anno Christi 610.

[2] Nonnulli.

(*a*) Hanc Synodum esse spuriam suspicatur Joan. Baptista Perezius.

contra Canonum auctoritatem, per mores præcedentium temporum licentiam sibi de usurpatione præteriti Principis fecerunt: Ita ut quidam Episcoporum Cartaginensis Provintiæ non revereantur, contra canonicæ auctoritatis sententiam, passim, ac libere, contra Metropolitanæ Ecclesiæ potestatem, per quasdam *Fratrias*, & conspirationes, inexploratæ vitæ omnes Episcopali officio provehi; atque hanc ipsam præfatæ Ecclesiæ dignitatem Imperii nostri solio sublimatam contemnere; perturbantes Ecclesiastici ordinis veritatem; ejusque Sedis auctoritate, quam prisca canonum declarat sententia, abutentes. Quod nos ultra modo usque in perpetuum fieri nequaquam permittimus: sed honorem Primatus, juxta antiquam Synodalis Concilii auctoritatem, per omnes Cartaginensis Provintiæ Ecclesias Toletanæ Ecclesiæ sedis Episcopum habere ostendimus: eumque inter suos Coepiscopos, tam honoris præcellere dignitate, quam nominis; juxta quod de Metropolitanis per singulas Provintias antiqua Canonum traditio sanxit, & auctoritas vetus permissit.

Neque eandem Cartaginensem Provintiam in ancipiti duorum Metropolitanorum regimine, contra Patrum decreta permittimus dividendam; per quod oriatur varietas schismatum, quibus subvertatur fides, & unitas scindatur. Sed hæc ipsa sedes, sicut prædictum est, antiqua nominis sui, ac nostri cultu Imperii, ita & in totius Provintiæ polleat Ecclesiæ dignitate, ac præcellat potestate.

Illud autem quod jam pridem in generali Synodo Concilii Toletani (*a*) à Venerabili Eufimio Epis-

(*a*) In Concilio Tolet. III. ubi subscribit Euphemius inter Metropolitanos.

Episcopo manus subscriptione notatum est, Carpentaniæ Provintiæ Toletanam esse Sedem Metropolim; Nos ejusdem ignorantiæ sententiam corrigimus. Scientes proculdubio Carpentaniæ regionem, non esse Provintiam, sed partem Carthaginensis Provintiæ; juxta quod & antiqua rerum gestarum monumenta declarant. Ob hoc, quia una, eademque Provintia est; decernimus: ut sicut Bætica, Lusitana, vel Tarraconensis Provintia, vel reliquæ ad regni nostri regimina pertinentes, secundum antiqua Patrum decreta, singulos noscuntur habere Metropolitanos: ita & Cartaginensis Provintia unum, eundemque, quem prisca Synodalis declarat auctoritas, & veneretur Primatem, & inter omnes Comprovintiales summum honoretur Antistitem. Neque quicquam contempto eodem ultra fiat, qualia hactenus arrogantium Sacerdotum superba tentavit præsumptio.

Sane per hoc auctoritatis nostræ Edictum, amodo, & vivendi damus tenorem, & religionis, vel innocentiæ legem. Nec ultra postmodum inordinata licentia ab Episcopis *similiter* [1] fieri patiamur: sed per nostram clementiam præteritæ negligentiæ, pietatis intuitu, & veniam damus, & indulgentiæ opem concedimus. Et dum sit magna culpa hactenus deliquisse, majoris tamen, & inexplicabilis censura tenebit obnoxios, qui hoc nostrum Decretum, ex auctoritate priscorum Patrum veniens, temerario ausu violare tentaverint. Nec ultra veniam delicti *adepti*, [2] si de hic honorem ejusdem Ecclesiæ quilibet Cartaginensium Sacerdotum contempserit; subiturus proculdubio inobediens tam degradationis, vel excommunicationis Ecclesiasticæ sententiam, quam nostræ severitatis censuram. Nos *autem* [3] talia in di-

1 similia.

2 *Ed. R. Paris.* Nec ultra veniam delicti faciemus admissi: adempti, *inq. Loaisa & alii, sed mendose quidem.*

3 enim.

divinis Ecclesiis disponentes, credimus fideliter regnum Imperii nostri ita divino gubernaculo regi, sicut & nos cultum ordinis, zelo justitiæ accensi, & corrigere studemus, & in perpetuum perseverare disponimus.

Subscriptiones.

Flavius Gundemarus Rex, hujus Edicti constitutionem pro confirmatione honoris Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, propria manu subscripsi.

Ego Isidorus Hispalensis Ecclesiæ Provintiæ *Lusitaniæ* [1] Metropolitanus Episcopus, dum in Urbem Toletanam pro occursu Regio advenissem, agnitis his constitutionibus, *adsensum probavi*, [2] atque subscripsi.

[1] Bæticæ.

[2] assensum præbui.

3 :

[3] Ego Innocentius Emeritensis provintiæ Lusitaniæ Metropolitanus ep.... assensum præbui, & ss.

Ego Eusebius Tarraconensis. sss.
Sergius Narbonensis.
Joannes Gerundensis.
Ilergius Egarensis.
Licerius *Igeditanæ* [4]
Maximus Cesaraugustanæ.
5 :
Floridius [6] Tirassonensis.
Elias Cauriensis.
Goma Olisipponensis.
Fulgentius Astigitanæ.
Emila Barchinonensis.
Theodorus [7] Aurisinæ.
Joannes Pampilonensis.
Benjamin Dumiensis.
Agapius Tuccitanæ.
Gundimarus Beseensis.
Argebertus Portucalensis.
Theveristus Salmanticensis.

[4] Egeditanæ.

[5] Mumius Ecclesiæ. Calagurritanæ.

[6] Fluridius.

Frater ss. Leandri & Isidorii.

[7] Theudorus Ausesinæ.

Vi-

Vitulatius Laberricensis.
Leontianus *Lotobensis.* [1]
Pissinus Eliberritanæ.
Justinianus Abelensis.
Venerius Castulonensis.

[1] Lutob.

Sequitur deinde Titulus.

In nomine Domini : : [2] : : Jesu Christi, Constitutio Cartaginensium Sacerdotum in Toletanam Urbem apud Sanctissimum Ecclesiæ ejusdem Antistitem. [3]

(*a*) Convenientibus nobis in unum pro religione, *ac* [4] fide, quam Christo debemus; placuit, ne quid ultra in nobis absurdum, vel illicitum oriatur, alterna collatione Decretum justissimæ promulgare sententiæ; quo perspicue clareat inter nos, ordo, ac *disciplinæ Ecclesiasticæ dignitas*, [5] & agnoscatur fraternæ concordia pacis.

Tali ergo dispositione necessarium contuentes, ob studium nostri ordinis, communi electio-

[2] nostri.

[3] Hunc esse Auratium dicit Perezius.

[4] *Et*

[5] Disciplina Ecclesiasticæ dignitatis.

(*a*) Hic autem, Morales, tantum Decreti summam primum annotavit hisce verbis:

In hoc Decreto Metropolitanam sui omnium constituunt Toletanam Ecclesiam. Et hoc non denuo se facere profitentur: sed jamdudum (ita ajunt) existere antiquorum Patrum Sinodali sententia declaratum. Ea duntaxat Concilii forma, quæ apud Sanctum Montanum Episcopum in eadem urbe legitur habita. Profitentur se honorem Primatus eidem Ecclesiæ daturos, multaque in eam sententiam proferunt. Data est hujusmodi. Item subscriptio.

Deinde vero, cum (ut ipse ait) tempus superfuisset, licuit integrum Concilium Gundemari Regis ex Regio magno transcribere. Itaque post finitam Regii edicti subscriptionem, hic fuit Titulus, hoc Initium.

In nomine, &c. ut supra.

tione decrevimus, congruum esse provida dispositione judicium, fatentes hujus Sacrosanctæ Toletanæ Ecclesiæ Sedem Metropolitani nominis habere auctoritatem, eamque nostris Ecclesiis, & honoris anteire potestate, & meritis.

Cujus quidem Principatus nequaquam colationis nostræ coniventia nuper eligitur; sed jamdudum existere antiquorum Patrum Synodali sententia declaratur; ea duntaxat Concilii forma.....[1] apud Sanctum Montanum Episcopum in eadem urbe [2]..... habita. Proinde ergo, dispositionem nostram instructæ collationis diffinitione celebrantes, elegimus, ne quis ultra comprovintialium Sacerdotum inani, ac perversa contentione obnitatur hujus Sacrosanctæ Ecclesiæ Toletanæ Primatum contemnere neque pervicaci scismatum studio ad summos Sacerdotalium infularum ordines *semota* [3] hujus sedis potestate, à nobis quempiam, sicut hactenus factum est, provehere. Talem itaque specialiter à nobis, ac successoribus nostris deferre dignitatis honorificentiam huic Ecclesiæ pollicemur, qualem in decretis Sanctorum Conciliorum Beatissimi Patres Metropolitanis Ecclesiis decreverunt. Hujus ergo & nos reverentiæ observationem fideli custodia pollicemur: hujus honorificentiam conservare diligenti prospectu à successoribus nostris, per metas sequentium ætatum, volumus. Sane quicumque ex nobis, vel successoribus nostris, hæc statuta transcenderit, anathema sit Domino nostro Jesu-Christo, atque *à* [4] culmine Sacerdotali dejectus, perpetuæ excommunicationis sententia prædamnetur.

Facta Constitutio Sacerdotum *in Urbem Toletanam* [5] sub die decimo Calendarum Novembrium. Anno Regni primo piissimi atque gloriosissimi Gundemari Regis. Era *DCCXIX.* [6]

[1] quæ

[2] legitur.

[3] remota.

[4] deest à

[5] in urbe Toletana.

[6] DCXLVIII.

Pro-

Protogenes Sanctæ Ecclesiæ *Segontinensis*... [1] Decreti nostri profesionem pro firmitate subscripsi.
Theodorus *Castolensis* [2] Eps. SS.
Minucianus [3] Segoviensis Eps. SS.
Stephanus Oretanæ Eps. SS.
Jacobus Mentesanæ Eps. SS.
Maguentius [4] Valeriensis Eps. SS.
Theodosius *Ercavicensis* [5] Eps. SS.
Martinus [6] Valentinæ. SS.
Tonantius [7] Palentinæ. SS.
Portarius [8] Segobriensis. SS.
Vicentius Bigastrensis. SS.
Eterius *Batitanæ.* [9] SS.
Gregorius Oxomensis. SS.
Presidius Complutensis. SS.
Sanabilis Sanctæ Ecclesiæ. Elotanæ Eps. SS.

[1] Segontiensis Episcop. hanc Dei.
[2] Castulon.
[3] Minitianus.
[4] Magnentius.
[5] Arcavicensis.
[6] Marinus.
[7] Conantius.
[8] Poscarius.
[9] Bastianæ.

Suggestio servi vestri Sesuldi.

Meam extremitatem ad sanctitatis vestræ deduco memoriam, & ut sæpe pro extremitate servi tui orare jubeas, instanter suggero. De cætero *autem* [10] ad *relatum* [11] sanctitatis vestræ deduco, quod convenientia Servorum vestrorum fuit per humilem vestrum Dominum Emilianem; ut per voluntate Dei, & vestram, in Ecclesia vestra Sacerdotio *fungeretur.* [12] Et quia in ipsa Diocesi talis, nec melior invenitur, *pro id denuo* [13] suas sugessiones miserunt::: [14] Ut per manus vestras, & illud perficiatur, & aliud, quod adhuc *in suspensum est*: [15] & desiderantes *denuo* [16] de vultu vestro læti efficiamur. Si vero aliter est vestra prævisio, cui vultis *ad* [17] ordinationem vestram dirigite, qui causam vestram perficiat; & ordo vester incolumis persistat.

[10] *Deest* autem.
[11] Ad relatus.
[12] Fungatur.
[13] pro eo domino.
[14] Ut si Deus domino aditum dederit, jubeatis venire: ut &c.
[15] Insuper suspensum est.
[16] Dominum.
[17] Deest *ad*.

Alia propria [1] *vernuli vestri Sunilani Suggestio.*

Ad relatum Sanctitatis vestræ deducimus, quod per Dei electionem omnes Sacerdotes vestri, & cuncti filii Ecclesiæ, in unum convenientes, requisierunt á me *per humilem vestrum Dominum Emilanem*; [2] ut *per Dei, & vestram ordinationem*, [3] in Ecclesiam Mente-Sanæ Civitatis Pontifex ordinetur. Et quia eum humilitas cum sanctitate adornat, & origo generis reddit ilustrem, suggero clientulus tuus, ut si Deus *aditum beatitudinis vestræ* [4] dederit, ob restaurandas Ecclesias vestras *ad usus* [5] usque humillimos, non dedignetis accedere: Quatenus famulorum vestrorum electio vestris sacris manibus compleatur. Si tamen casus sæculi in aliquid excelentiæ vestræ obviaverit, ordinate, cui jusseritis, ex fratribus [6] scribere, qui vestra compleat jussa, & amplius Ecclesia vestra in desolationem non permaneat. Sic Christi gratiam eximietas vestra sine fine percipiat.

[1] Propii.
[2] Pro humili vestro Domino Emiliano.
[3] Præditus vestra ordinatione.
[4] Beatitudini vestræ aditum.
[5] Ad vestras usque.
[6] Vestris.

Alia suggestio Ermegildi, Joannis & servi ejus.

Secundum filius vester vestræ (*a*) notuit, per humilem vestrum Dominum *Emilianem*, (*b*) ut si Deo & Domino placitum fuerit, in Ecclesiarum Ordine Pontifex ordinetur: ita & nos servi vestri suggerimus, ut si Deus *aditum denuo dederit*, [7] jubeatis *usque hic fastigium pati*, [8] ut per manus vestras sit completum. Si vero, quod absit, aliqua occasio seculi *denuo* [9] obviaverit, suggerimus, ut cui vult sanctitas vestra *denuo:::* [10] vestros

[7] *Ed. R. P.* aditum dederit Domino.
[8] Eum hoc fastigium pati.
[9] Domino.
[10] Domino. *Hic aliquid deest.*

(*a*) *Hic Substantivum deest; fortè* Excelentiæ, *aut* Sanctitate &.

(*b*) Ed. R. Paris. Per Sesuldum filium vestræ beatitudinis notuit, humilem vestrum Dominum Emilanem.

tros notescat: quia persona vestra electionem vestrorum impleat. Sic vitæ æternæ præmium accipiatis.

DECIMUM TERTIUM CONCILIUM TOLET.

Anno Christi 683.

Titulus, & *Initium.*

(*a*) Incipit gesta Synodalia, habita in Urbe Toletana sub Era DCC.ª XXI.ª Anno regni excelentissimi Ervigii Principis quarto.

Illibatæ Charitatis instinctu, alternis visionum obtutibus redditi, & in unum cætum, *fautore* [1] Deo, pariter adgregati: in Eglesia videlicet Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli: anno regni quarto Serenissimi Ervigii Principis, sub die pridie nonas Novembris, Era DCC.ª XXI.ª

Tomus Regis ad hunc modum finitur. [2] Datum sub die pridie nonis Novembris: anno feliciter IIII. regni gloriæ nostræ. In Dei nomine. Toleto.

Lex in Confirmatione Concilii pro remissione tributorum, ita finit. Datum sub die †ι. (*b*) Novembris Anno feliciter IIII°. regni nostri. Toleto.

Item: alia lex ita finitur: Hujus igitur legis nostræ decretum, quod in Confirmationem hujus sacri Concilii noscitur promulgatum, gloriosæ manus nostræ exaratione subscripsimus, & ad pe-

[1] *Isidor.* factore *forte* auctore.

[2] *Sic etiam Ed. R. P.*

(*a*) In Regio magno desiderantur duo sequentia Concilia XIII, & XIIII.

In Regio minori fuit hoc XIII. Sunt autem ibi omnia quæ hic eadem.

(*b*) Idus enim nota hæc: †ι : significat, ut in sequenti, etiam lege perspicue apparet.

perennem memoriam, valorem ei perpetuum innodamus. Edita lex in Confirmatione Concilii. Toleto; sub die Idus Novembris. Era DCC. XXI. (*a*) Anno quoque feliciter quarto IIII. regni gloriæ nostræ. In Dei nomine. Toleto.

DECIM. QUARTUM CONC. TOLET.

Titulus, & Initium.

Incipiunt Capitula X°IIII°. Toletano Concilio (*b*) XVI Item Episcoporum. Anno V°. Ervigii Principis facto. Item: alius post Indicem Titulus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Incipiunt gesta Synodalia, quæ acta sunt á Præsulibus Cartaginis Provintiæ, adsistentibus etiam Vicariis.

Quum Serenissimus, & perspicuus Princeps Ervigius, gloriosus amator veræ fidei; immo: Amabilis filius Eglesiæ Christi, promissionis suæ non immemor, ob confutandum Apollinariis dogma pestiferum, de quo sibi á Romano *Pontifice* [1] fuerat nunciatum, strenuo, & invicto suæ celsitudinis jussu, nos omnes præciperet adgregari in unum; hoc dedit speciale edictum. &c. Et ad finem. Nos proinde Chartaginis Provintiæ Præsules, anno quo supra, sub die XVIII°. Cal. Decembris, (*c*) in *permemoratam* [2] Eglesiam debitis ordinibus considentes. &c.

[1] Præsule.

[2] Præmemorata.

Ad

(*a*) Jam tum in Hispania notas has muneris fuisse super additas.

(*b*) Quatuor sequentia Concilia defuere in Regio minori.

(*c*) Nunquam ante aut loci, aut anni meminerat.

Ad finem Concilii.

Peractum Concilium die Dominico, sub die XII.° Cal. Decembris. Anno quo supra.

QUINTUM DECIM. CONCILIUM TOLET. Anno Christi 688.

Titulus, & Initium.

In nomine Domini incipit Synodus Toletana Quinta X.ª sexaginta & uno Episcoporum acta. Anno primo Serenissimi, & Ortodoxi Egicani Principis, sub die V. Idum Majanum. Era DCC. XX VI. (*a*)

Apud Urbem Toletanam in Eglesia Prætoriensi Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, omnes Hispaniæ Galliæque Pontifices adgregati: dum cunctis residentibus. &c.

Tomi Titulus.

In nomine Domini. Flavius Egira Rex, Reverentissimis Patribus in hac Sancta Synodo residentibus.

Initium Tomi.

Ecce, Sublimissimi Patres, & cœlesti jure honorandi mihi Pontifices, speciosum vestri ordinis adiens cætum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in medio vestri positum non ambigo Jesum Christum, &c.

CON-

(*a*) Omnia sunt eadem in Regio Laurentino magno.

Anno Christi 693.

CONC. TOLET. DECIMUM SEXTUM. (*a*)

Titulus & initium.

[1] *Ed. R. Paris. LIX.*

In Dei nomine. Incipit Synodus Toletana XVI. LXI [1] Episcopor.

Dum anno sexto incliti & Ortodoxi Domini & Principis nostri Egicanis, sub die. VI. Nonas Majas. Era DCC. XXXI. unanimitatis nostræ Conventus in Prætoriensi Basilica, Sanctorum, videlicet, Petri, & Pauli, adgregatus consisteret; atque unusquisque nostrum, ex more, secundum ordinationis suæ tempus, in locis debitis resideret. &c. Tomi datum. Datum sub die *octavo* [2] Callendas Majas. Anno feliciter VI. regni mansuetudinis nostræ Toleto=

[2] *Ed. R. Paris* die septim.

In hoc Decimo sexto Concilio Decretum est hujuscemodi cum hoc Titulo. [3]

[3] Est etiam in Regio magno. In Ed. R. P. est pro capit. IX. ad verbum: absque tamen titulo aliquo.

De Sisberto Episcopo.

Sicut summum bonum est, valdeque conspicuum, superno Numini amanter, fideliterque inhærere, ejusque præceptioni patientiam, votis gliscentibus exhibere: ita consequens bonum est, post Deum Regibus, utpote jure vicario ab eo præ electis, fidem promissam inviolabili cordis intentione servare: & nulla contra eum occasione quicquam nocibilitatis excogitare *nihil* [4] que nequius definire; dicente Domino: *Nolite tangere Christos meos.* (*b*) Et iterum David: „Quis enim

[4] Nicil.

(*a*) Sequentia duo Concilia XVI. & XVII. non fuere in Laurentino Magno suo loco, sed quibusdam interpositis. Et nec initium habuit decimum septimum.

(*b*) Ps. 104.

„enim extendet manum suam in Christum Do-
„mini, & innocens erit?" (*a*) Item: ipse cuidam comminans: „quare non timuisti manum tuam „mittere, ut occideres Christum Domini?" (*b*) Unde opportunum satis est, ut sponsio Principibus compromissa, absque aliquo fraudis nævo custodiatur, & fides eis reddita nullis factionibus, nullisque etiam nequitiæ machinationibus temeretur. Nam si *nudi* [1] tantum verbi pollicitatio qualibet occasione *violantes*, [2] criminis denotatione censentur; quanto magis ::: [3] fides regibus sub *jure jurando* [4] adtextatione promissa, nequaquam profanare pertimescatur? *Etenim* [5] quorundam secularium, &, quod pejus est, Sacerdotum improbanda satis obstinatio animorum, *ut fidem* [6] suis Principibus sub juramento promissam observare *contemnant*, [7] & verborum fuco juramenti obnubilant promissionem, dum in arcano pectoris *retentant* [8] infidelitatis perversitatem. Et dum scriptum sit; „Non assumes nomen Domini Dei tui „in vanum, neque enim habebit insontem Do„minus eum, qui adsumpserit nomen Domini „Dei sui frustra: (*c*) & iterum: „Non perjurabis „in nomine meo, nec polllues nomen Domini „Dei tui; ego Dominus; Rursumque. Maledic„tus omnis qui jurat in nomine Dei sui menda„citer." (*d*) Illi jurantes fidem promissam temerare non metuunt, & juramenti sui policitationem prævaricare nullatenus pertimescunt.

Unde *quia* [9] Sisbertus Toletanæ Sedis Episcopus talibus machinationibus denotatus repertus

[1] Nuda tantum verbi.
[2] Violetur.
[3] Si.
[4] Jurisjurandi.
[5] Est enim.
[6] Et fidem: *& ad marg. Forte*, qui & fidem.
[7] Contemnunt.
[8] Retentent.
[9] *Deest* quia.

(*a*) 1. Reg. 26.
(*b*) 2. Reg. 1.
(*c*) Exod. 20.
(*d*) Levit 19.

tus est: pro eo quod Serenissimum Dominum nostrum Egicanum Regem, non tantum regno privare, sed & mortem cum Flogello, Theodemiro, Liubilane, Liubigithone quoque, Tecla, & cæteris, interimere definivit; atque genti ejus, vel Patriæ inferre conturbium, & excidium cogitavit: qui etiam per decreti nostri definitionem jam, & loco, & honore privatus existit: Ideo nostrum in commune per hujus canonicæ sanctionis decernit Collegium, ut hoc ipsum unionis nostræ Decretum, quod etiam his Synodicis definitionibus innectendum decrevimus, omni subsistat valore subnixum, atque in perpetuum obtineat incombulsibile robur.

Eadem prorsus in veteri Regio magno.

Ipse vero Sisbertus (*a*) pro sui juramenti transgressione, facinorisque tanti machinatione, secundum antiquorum canonum institutionem, qua præcipitur, ut quisquis inventus fuerit talia fecisse, & vivente Principe in alium attendise pro futura Regni spe, á conventu Catholicorum Excommunicationis sententia repellatur, honore simul & loco depulsus, omnibusque rebus exutus; quibusque in potestate prædicti Principis redactis; perpetui exilii Ergastulo maneat relegatus. Ita nempe, ut secundum eorundem antiquorum Canonum decreta, in fine vitæ suæ tantum Communionem accipiat. Excepto si Regia eum Pietas *antea* [1] absolvendum crediderit. Simili quoque, & cæteri de religiosis, cujuslibet sint ordinis, aut honoris, deinceps talia contra Principem egisse, vel definisse reperti extiterint, censura, multandi sunt.

[1] Ante.

(*a*) De eo vide Rodericum Toletanum.

Se-

Sequitur Decretum, contra juramenti sui violatores, quia Principem læserunt. Nihil in eo non in genere; nihil peculiare quod ad Historiam pertineat.

Item. Sequitur gratiarum actio.

Sequitur post hæc Decretum illud contra Sisbertum Episcopum, cujus in superiori mentio fit. Fuitque initio Concilii factum. Ejus hic fuit titulus.

Decretum judicii ab universis editum.

Actuum Apostolorum probata satis, & veneranda narrat historia, quod Juda, crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus Sanctus super reliquos undecim in lapsu cælico est difussus, quoadusque Mathias ab omnibus est præcellectus *in locum* [1] ejusdem Apostoli, (*a*) *ob inde* [2] scilicet, *quod* [3] undenarius numerus transgressionem significat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanæ Sedis Episcopus, suo fascinore denotatus, nostro ex corpore constat obscissus: ob id summopere numerositatem nostram convenit studere, ut in loco ejus alio subrogato, perfectioni debitæ corpus nostrum reddatur; sicut per Mathiam perfectus numeris noscitur fuisse completus.

[1] In loco.
[2] Inde scil.
[3] quia.

Et quia *iidem* [4] legationem superni Numinis fungentes, Apostoli sunt protestati dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt & in his, qui pereunt*; (*b*) *Aliis quidem odor mortis in mortem*

[4] idem.

(*a*) Act. 1.
(*b*) 2. Cor. 2.

tem; *aliis autem odor vitæ in vitam.* Illis videlicet
odor vitæ in vitam, qui præceptis eorum exhibere
[1] Curaverunt. patientiam *curaverint*: [1] illis vero odor mortis in
[2] *M. s.* nihilominus. mortem, qui eorum *nihilominus* [2] monita *contempserint.* [3] Proinde quia prædictus Sisbertus,
[3] Contempserunt. Toletanæ Sedis Episcopus :::: [4] salutaribus moni-
[4] Eorum. tis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequellam, quo Ecclesiam Dei debito ordine regeret, humilitate instrueret, & exemplis salutaribus ad regna syderea provocaret; sed bicipiti se percellens mucrone, superbiæ videlicet atque per-
[5] Egicanem. jurii, gloriosum Dominum nostrum *Egicanam* [5] Regem, non solum regno voluit privare, sed etiam mortis impensione perimere: Ideò non congruit, nos prius Concilium inchoare nisi *il-*
[6] Illo. *lum* [6] prius Canonica ac legali censura *mulcta-*
[7] Multato. *tum*, [7] in loco ejus alius fuerit subrogatus, Toletanæ Sedis Cathedram retenturus. Idcirco, nobis omnibus in unum collectis, idem Sisbertus Episcopus nostro est Conventui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Unde nos, per hujus Decreti
[8] Sæpe dictum. nostri formulam, *prædictum* [8] Sisbertum, secundum edictum priscum Synodicæ sanctionis, & Decretum de talibus promulgatæ legis: ab Episcopali ordine, & honore dejicimus, à perceptione corporis, & sanguinis Christi excommunicatum in exilio perpetuo manere censemus. In fine tantum Communionem per omnia percepturus. Excepto si eum Principalis pietas, cum Sacerdotali conniventia, delegerit absolvendum.

Igitur, quoniam favente Domino, Conci-
[9] Quocitius. lium est *citius* [9] inchoandum, secundum prælec-
[10] Totiens. tionem, atque auctoritatem *toties* [10] dicti nostri Domini, per quam in præteritis jussit Venerabilem fratrem nostrum Felicem, Hispalensis

Se-

Sedis Episcopum, de *præfata* [1] Sede Toletana, jure debito curam ferre; nostro eum in postmodum reservans ibidem Decreto firmandum: ob id nos cum consensu Cleri, ac populi, ad sæpe dictam Toletanam Sedem pertinentis, prædictum Venerabilem fratrem nostrum Felicem Episcopum de Spalensi Sede, quam usque *huc tenens* [2] rexit, in Toletanam Sedem canonice transducimus. Et in eadem Spalensi Cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracharensis Sedis Episcopum, nec non & Felicem Portucalensis Ecclesiæ Antistitem in *præfata* [3] Bracharensi Sede, similiter Pontifices subrogamus: ac perpetua Sanctione unumquemque eorum in *præfatis* [4] Sedibus confirmamus: quatenus uterque easdem, quas suscipiunt Ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis edificent: ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum Corpus effecti, eis nobiscum in Synodali Conventu pariter residentibus, *inlapsum* [5] Sancti Spiritus, ut duodecim Aposli, mereamur; quo ejus igne succensi, & doctrina imbuti; quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertineant, & ad compescendos pravorum hominum mores, æquissime promulgemus, & laudes altissimum devotis mentibus præcinamus. Quod videlicet Collegii nostri decretum, gestis Synodalibus, à nobis in Concilio fore definiendis, sociandum *decrevimus* [6], & locum illic debitum, ut obtineat definimus.

[1] Prædicta.

[2] Hactenus.

[3] *M. s.* prævata.

[4] *M. s.* prævatis. *Ed. R. Paris.* privatis.

[5] Illapsum.

[6] Decernimus.

Sequitur gratiarum actio consueta. Postea in fine Regis tomus ponitur, quem initio Concilii Patribus dedit: cujus est titulus.

In nomine Domini. Flavius gloriosus Egica Rex omnibus Santissimis Patribus in hac Sancta Synodo residentibus.

Ejus hoc fuit initium.

Ecce Sanctissimi Patres, &c. Rogat ut contra perfidos decernant. Nullum nominat, quamvis in universum de multis conqueratur. In fine tomi hæc sunt verba.

Et quia Præcessor noster divæ memoriæ Dominus Wamba Rex in ipsis regnandi primordiis Theudemundum spatharium nostrum contra generis, vel ordinis sui usum, Festi quondam incitationes Emeritensis Episcopi, solius tantum regiæ potestatis impulsu, in eadem Emeritensi urbe Numerariæ officium agere instituit (quod etiam unius anni excursu contra rationem noscitur peregisse): imo quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto Concilii ab eodem Theodemundo, suaque omni posteritate, talis actionis officium suspendatis: quo nullo ulterius tempore, tam ipse, quam omnis ejus progenies; usque in finem sæculi, ob hanc causam videantur aliquatenus molestari. Datum sub die Callendas Majas, anno feliciter sexto regni nostri. In Dei nomine, Sedis nostræ Toleto.

Subscriptionem hujus Concilii in Chronico apposuimus, ideoque hic omisimus.

CONCILIUM TOLET. DECIM. SEPTIMUM.

Ejus hic fuit Titulus & initium.

Decurrente Imperii anno Religiosissimi, Serenissimi Domini nostri Egicani Regis VII. sub die V. idus Novembris. Era DCCXXXII. Dum in Eglesia gloriosæ Virginis, & Confessoris Christi Sanctæ Leocadiæ, quæ est in Suburdio Toletano, ubi sanctum ejus corpus requiescit, plerique Hispaniarum & Galliarum Pontifices convenissemus, &c. Anno Christi 694.

Rex Concilium ingressus tomum obtulit; cumque ibi contra judæos statuendum aliquid peteret, inter cætera, ita inquit.

Præsertim, qui nuper manifestis confessionibus indubie pervenimus, hos intransmarinis partibus Hebræos alios consuluisse, ut unanimiter contra *gentem christianam* [1] agerent, præstolantes proditionis suæ tempus, qualiter ipsius christianæ fidei regulam depravarent. Quod & per easdem professiones, quæ vestris auribus sunt reservandæ patebit.

[1] Genus christianum.

Item paulopost quam Rex eos postulandos postulavit, ita inquit.

Illis tantummodo Hebræis ad præsens reservatis, qui Galliæ Provinciæ videlicet intra clausuras noscuntur habitatores existere, vel ad Ducatum regionis ipsius pertinere: ut quia delictis ingruentibus, & externæ gentis incursu, & plagæ *inquinalis interitam* [2] *passa ipsa* [3] ab hominibus desolata dignoscitur, cum omnibus rebus suis in sufragio Ducis terræ ipsius existant, & publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant: ita ut secundum sanctæ fidei regulam, ut vere Christi-

[2] Inguinalis interitu.

[3] Pars ipsa.

ticolæ, vitam suam corrigant, & omnem genuinæ incredulitatis errorem à suis cordibus pellant.

In defensione conjugis, & prolis regiæ ejusmodi profecto sunt verba, ut plane appareat ad illum usque diem filius Egicam non habuisse. Ita enim dicitur.

Convenimus & contestamus; ut si quandoque contigerit, *ut* [1] gloriosa Domina Cixilo Regina, diutinis & felicioribus Serenissimi nostri Principis Egicani annis transactis, religiose existat in viduitate superstes, atque ex eo habuerit dulcissimas proles; nulla *mordacitate* ::: *pulsus* [2] contra eos quisquam conetur adsurgere, &c.

[1] Quod.

[2] Invidiæ pulsi.

In damnatione deinde Judæorum Patres repetunt: in Regem eos conspirasse, Regiique culminis fastigium affectasse, & quæsisse. Quæ omnia suis eorundem confessionibus Concilio innotuerunt.

Concilium hoc quamvis in utroque exemplari sit perfectum, subscriptionem tamen non habuit.

Finis eorum omnium, quæ ex Toletanis Conciliis, & exemplaribus extraximus.

Initia, & Subscriptiones Conciliorum, quæ extra regiam urbem in aliis sunt celebrata.

SYNODUS BRACHARENSIS I.ª

Anno Christi 561.

Titulus. Synodus Bracharensis prima regnante Domino Jesu-Christo: currente Era DLXIX (*a*).

Principium. Anno tertio Ariamiri Regis ::: [3] Calendarum Majarum.

[3] Die Callendarum Majarum. *Regius minor.*

Cum

(*a*) Eadem omnino in minori Regio.

Cum Gallicia Provinciæ Episcopi ex præcepto præfati gloriosissimi Ariamiri Regis, in Metropolitana ejusdem Provintiæ Bracharensis Eglesia convenissent: consedentibus simul Episcopis, &c.

Subscriptio simplex est in hunc modum.

Lucretius Episcopus *Ildericus* [1] Andreas, Lucentius, Timotheus.

Martinus. Coctus. Majiosus.

[1] *Al.* Gildericus.

SYNODUS BRACHARENSIS II.ª

Simplicem habuit titulum. Est autem hoc ejus principium.

Regnante Domino nostro Jesu-Christo. Currente Era DC. X. anno secundo Regis *Mironis*:[2] Die Callendarum *Juniarum* [3] cum Gallicia Provintiæ Episcopi, tam ex Bracharensi, quam ex Lucensi Synodo, cum suis Metropolitanis, præcepto præfati Regis simul in Metropolitana Bracharensi, convenissent, &c. Et paulopost. Martinus Episcopus Bracharensi Eglesiæ dixit. Inspiratione hoc Dei credimus provenisse, sanctissimi fratres, ut per ordinationem Domini gloriosissimi filii nostri Regis, ex utroque Concilio convenerimus in unum, &c. (*a*)

Anno Christi 572.

[2] Ariamiri.

[3] *Al.* Majarum, *alii* Januarium.

Subscriptio.

Martinus, Bracharensis.
Remisol. Vicensis
Lucentius Colimbriensis
Adoric. [4]
Sardinarius Lamencensis

[4] Adoric Egestanæ, *Regius minor.* Adorius Egitanæ *Ed.R.P.*

(*a*) Eadem sunt omnia in Regio minori,

Viator Magnetensis

Item ex Synodo Lucensi tituli.[1]

Andreas Iriensis.

Witemer Auriensis.

Anila [2] Tudensis.

Polemius Asturicensis.

Mailoc Britonensis.

1 *Ed. R. Par.* Nitigi s.

2 *Ed. R. P.* Avila.

CONCILIUM BRACHARENSE III.

In his exemplaribus Toletanis non fuit. Sed statim quartum cum hoc Titulo sequebatur. (*a*)

In Dei nomine incipit Concilium Bracharense, quod factum est sub anno IIII. Domini nostri Wambani Regis. Era DCC. XIII.

Initium nihil habuit notatu dignum.

Subscriptio.

Leodegisius in Christi nomine Episcopus, cognomento Julianus, has Constitutiones secundum quod nobiscum Sanctis Coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, Deo inspirante complacuit, relegi, & subscripsi.

Genetivus in Christi nomine Ecclesiæ Tudensis Episcopus similiter.

Froarius, Deo jubente Portucalensis Ecclesiæ Episcopus similiter.

Beja. Britaniensis.

Isidorus. Asturicensis.

Alarius. Aurisinus.

Retogenes. Lucensis.

Ildulfus, qui cognominatur Felix, Heiensis Eglesiæ Episcopus.

CON-

(*a*) Non fuit in minori Regio neque tertium neque quartum.

CONCILIA HISPALENSIA.

Concilii Hispalensis primi omnia ut in excussis fuere. Item in minori Regio.

Anno Christi. 666.

CONCILIUM HISPALENSE II.

Titulus. Synodus habita in Civitate Hispali sub die Iduum Novembrium, anno *IX.* [1] regnante gloriosissimo Principe Sisebuto Era DC. LVII.

Principium. Consedentibus nobis in Secretario Sacrosanctæ Hierusalem Hispalensis Ecclesiæ, cum illustribus viris *Cisisco* [2] rectore rerum publicarum, atque *Sualane* [3] actore rerum fiscalium, adstante religiosissimo Clericorum Cœtu &c. (*a*)

1 IX. *Non fuit in minori Regio nec in Ed. R. Par.*

2 *Sisisclo.*

3 Suanilane.

Finis & Subscriptio.

His igitur concordi sententia in tribus Secretariis definitis; pro confirmatione sui proprias subscriptiones subjicimus.

Isidorus in Christi nomine Ecclesiæ Spalensis Episcopus. Subsc.

Bisimus [4] in Christi nomine Ecclesiæ Eliberitanæ Episcopus.

Rufinus. Assidonensis.
Fulgensius. Astigitanus.
Cambra. Etalicensis.
Fidentius. Tusitanus.
Teudulfus. Malecitanus.
Honorius. Cordubensis.

4 Ed. R. P. Piscinus.

IN

(*a*) Eadem sunt omnia in minori Regio.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti *Synodum quod gestum* [1] est in Provintia Lusitaniæ, apud Urbem Emeretensem, quæ Caput ejus dignitatis dignoscitur esse. XII. Episcopis in unum collectis, die VIII. Idiuum Novembris, anno X° VIIII Serenissimi, & Piissimi Reccesvinti Regis. Era DCC IIII.[a]

[1] Synodus quæ gesta.

CAPITULA.

I. De Fidei Institutione, ejusque ordine.

II. De Vespertini Officii servando ordine.

III. Quid sit observandum in tempore, quo Rex in Exercitu progreditur, pro Regis, atque Patriæ statu, atque salute.

IV. Qualiter metropolitanus suis confinitimis, aut confinitimi metropolitano suo placitum faciant.

V. Ut Episcopus ad suam personam, ad Concilium non Diaconum, sed aut Archipresbyterum, aut Presbyterum dirigat.

VI. Qualiter Episcopus admonitione accepta ad metropolitanum, suum veniat.

VII. Qualiter secundum priorum Canonum instituta Concilium fiat.

VIII. Quid ordinatum maneat de Episcopis, qui inter se de Parochiis *intentionem* [2] habent.

[2] *Al.* Contentionem.

IX. Quid Presbyter observare debeat, quando Presbyterii jubentur dara Sanctum Chrisma.

X. Ut omnis Episcopus infra hanc Provintiam con-

constitutus Arcipresbyterum, Archidiaconum, & *Primiclerium* [1] in Ecclesia sua habeat.

XI. Ut omnis Presbyter, Abbas, vel Diaconus Episcopo suo humilitatem teneat, & reverentiam summam.

XII. Ut Episcopus, qui illi placiti fuerint de Parochia sua, Presbyteros, atque Diaconos Catedrales sibi faciat.

XIII. Ut Episcopus quem viderit de Clericis suis ad bonum profectum tendere, honorandi, & *munificandi* [2] de rebus Ecclesiæ licentiam habeat.

XIV. De pecunia, quæ in Ecclesia Dei offertur fideliter colligenda, & fideliter dividenda.

XV. Ut Episcopi, atque Presbyteri progravioribus causis, (quod legum damnant sententiæ) sine Judicis examine familiam Ecclesiæ non debeant extirpare.

XVI. Ut Episcopo non liceat tertiam de Parochitanis Ecclesiis tollere; sed quæ instituta sunt, debeat observare.

XVIII. Ut post mortem Episcopi, nulli subjectorum liceat de eo quidquam detrahere.

XVIII. Ut Parochitani Presbyteri, juxta, ut posse habuerint, de familia Ecclesiæ suæ, Clericos sibi faciant & habeant.

XIX. Ut Presbyter, qui plures Ecclesias habuerit commissas, pro singulis Dominicis diebus, in singulis sacrificium Deo offerre intendat.

XX. Qualiter libertos Episcopi faciant, *et* [3] qualiter liberti à patrocinio Ecclesiæ numquam discendant.

XXI. Qualiter Stabilitum maneat, quod Episcopus in amicis suis; Servis, aut libertis, de re Ecclesiæ suæ donare voluerit.

XXII. Qualiter excommunicari oporteat, qui Canonis *hujus* [4] non custodierit sententiam.

XXIII.

1 *Al.* Primicerium.

2 *Ed. R.Par.* magnificandi.

3 Vel

4 *Deest* hujus,

XXIII. Confirmatio hujus Concilii.

Congregatis nobis omnibus Provintiæ Lusitaniæ Episcopis, in nomine Domini, residentibus in Sancta Jerusalem Ecclesia, quæ in Emeritensi urbe, quæ caput hujus Provintiæ noscitur esse, & sub principali nomine manet dedicata: juxta ordinem priorum Canonum nostrorum, cum Dei juvamine cœptum est initium. Primum, ut mos est, debitas laudes persolvamus omnipotenti Deo, cujus munere adunati sumus, & dono: Deinde Serenissimo atque Clementissimo Principi nostro & domino gratiarum actiones impendimus Regi Recesvincto; optantes divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem, concedat & vitæ felicitatem, cum pacis quiete. Sic eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla Ditioni ejus subdat. Gratia favente; quatenus & præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, & post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat, per sæcula nunquam finienda. Et quoniam de re sæcularibus sancta illi manet cura: & Ecclesiastica per divinam gratiam recte disponit, mente intenta, sit illi opitulatrix ineffabilis Omnipotentis Dei gratia, quæ se quærentibus manet propinqua.

CAPUT III.

Quantum cum Dei juvamine ratio *competit*, [1] ut rectitudinis regula ponatur in Ecclesiastico ordine, tantum necessarium est, ea excogitare & ordinare, quæ clementissimo Domino nostro Recesvincto regi, fideliumque suorum *genti* [2] aut patriæ, debeant prosperitatem *afferre*. [3] Ob hoc ergo instituit hoc Sanctum Concilium, ut quandocumque eum causa ingredi fecerit contra suos hos-

[1] *Ms.* Comperit.

[2] *Ms.* gentis.

[3] *Ms.* auf-ferre.

hostes, unusquisque nostrum in Eglesia sua hunc teneat ordinem; ita ut omnibus diebus per bonam dispositionem Sacrificium Omnipotenti Deo, pro ejus, suorumque fidelium, atque exercitus sui salute offeratur; & divinæ virtutis auxilium impetretur, ut salus cunctis à Domino tribuatur & ut [1] victoria illi ab Omnipotenti Deo concedatur. Tandiu hic ordo tenendus est, quandiu cum divino juvamine ad suam reddeat Sedem. *Quisquis* [2] hujus Institutionis modum implere distulerit, sciat se à suo Metropolitano esse excommunicandum.

[1] *Deest* ut.

[2] *Ms.* quique.

Subscriptio.

Proficius. Emerethensis.
Selva. *Igeditanus* [3] Episcopus pertinens ad Metropolim Emeritensem (*a*).
Adeodatus. Pacensis.
Afalius. [4] Abalensis.
Teudericus. Olisiponensis.
Teodiselus. Lamecensis.
Justus. Salamanticensis.
Cantaber. Conimbricensis.
Donatus. Cauriensis.
Exarduus. Oxonobensis.
Petrus. Elborensis.
Alvarius. Calabricensis.

[3] Egeditan.

[4] Asphalius.

Quæ post hæc sequuntur in Codice Regio Magno: item & in Minori:

In

(*a*) Latet nos ratio diversitatis, quæ notatur inter subscriptionem Selvæ & reliquas: nullus quipe Metropolim suam indicat in subscriptione. Voluit forsan jus Metropoliticum asserere Emmeritensi Ecclesiæ; poterat enim tunc temporis controversia esse inter Bracarensem & Emeritensem Sedem, de Dioecesi Egeditana: quod etiam in registro Urbani monstratur.

In Regio magno Titulus hic fuit.

Anno Christi 691. [1] *Ed. R. Par.* Era DCC.XXIX.

In nomine Domini incipiunt gesta Synodalia habita in Urbe Cæsaraugusta (*a*) sub die Calendarum Novembrium. Era DCC.XIX. [1] Anno quarto Ortodoxi, atque Serenissimi Domini nostri Egicani Regis.

Inicio docent Episcopi se, Regis jussu convenisse: jussique sunt severè omnia corrigere.

Jubetur Regina, mortuo Rege, secularem habitum confestim relinquere, religionis assumere, & in Cœnobium sese recludere (*b*).

Subscriptionem hoc Concilium non habet. Initio hujus in margines, Episcopus Placentinus Dominus Petrus Pontius ad hunc modum scripserat. Istud Concilium non est typis excussum. Aliud enim est quod habetur in primo tomo Conciliorum. Item. In exemplari Sancti Emiliani habetur aliud Concilium Cæsaraugustanum longe ab istis diversum.

Chronicum etiam fuit perbreve ab Regibus Romanorum ad Ranimirum Regem Sancii filium.

Item. Inest Isidori Opus contra Judæos.

Sequuntur Decreta Præsulum Romanorum. Epistolæ nimirum Romanorum Pontificum ad diversos.

Insunt etiam Catalogi Scriptorum Ecclesiasticorum. D. Hieronymi & Gennadii: sed in compendium redacti. Inde sequitur opus Divi Isidori, de Viris illustribus: integrum quidem dum de Osio, quæ nos babemus scribit. Cætera in compendium per nomina tantum redac-

(*a*) Edidit hoc Concilium. III. Cæsaraug. Garsias à Loaisa ex ms. Hispalensi: quod contulit Cardinalis Aguirre cum nostro ms. Æmilianensi.

(*b*) Cap. V.

dacta. Quod & de Ildefonso, qui sequitur, factum est.

In fine apponitur vita Salvi Abbatis Albandensis Cœnobii, qui quædam, suavi eloquio dicitur scripsisse. Sacris præsertim Virginibus regularem libellum. Obiit tempore Garseani (*a*) regis & Audemiri Pontificis IIII. Id. Feb. Era millesima. In prædicto Cœnobio juxta Basilicam Sancti Martini est tumulatus: ad cujus pedes ejus discipulus Velasco Episcopus quiescit in pace.

Inest quoque deinceps Libellus de ordine celebrandi Concilii, sed non Divo Isidoro ascriptus. Cum multis Ecclesiastici ordinis exhortationibus.

Ultimo ferme loco est Forum Judicum. Neque aliud quippiam fuit præter ea, quæ de se ipso tandem Vigila Scriptor est prosequutus.

In Regio minori.

Alterum illud Regium Laurentinum exemplar minutius, principio caruit. Habet Orientalia Concilia aliquot. Item, Cartaginensia, mixtis Gallicis. In quinto Cartaginensi, Littera magna depicta, intro scriptum majusculis fuit: Joannes scripsit.

Initio etiam Epistolæ Leonis Papæ ad Leonem Augustum, in magna littera majusculis litteris est intro scriptum. Joannes Diaconus scripsit ad Joannem Episcopum.

In fine scriptum fuit litteris rubeis.

Explicit feliciter Deo gratias. Sub die IIII. Kal. Au-

(*a*) Navarrorum hic Rex fuit.

Augustas. Era DCCCC[a]. XLVIIII[a] Crediderim profecto Hispalensem fuisse hunc Joannem Diaconum Libri hujus Scriptorem. Nam cum ventum ad Hispalense Concilium est; urbem depinxit cum titulo: Spalensem urbem. Addidit & flumen piscibus oppletum. Patriæ hoc videtur tributum.

Hic Codex igitur sexaginta quinque annis vetustior illo altero grandiori est.

SANC-

SANCTI VALERII ABBATIS

OPERA

EX CARRACEDENSI CODICE GOTHICO,

PROUT IN

BIBLIOTHECÆ ESCURIALENSIS

EXEMPLO HABENTUR,

CUM ADJECTIS AMBROSII MORALES

NOTULIS:

NUNC DENUO CUM EDITIS EJUSDEM B. Valerii operibus recognita; atque cum codice gothico præfatæ R. Bibl. Escurial. in quo S. Echeriæ vita habetur, & ipsa cum eo colata, adjecta ad oram varia ipsius codic. lectione.

SANCTI VALERII ABBATIS

VITÆ BREVIS DESCRIPTIO.

Floruit Sæculo VII., sub Rege Wamba Gothorum victoriosissimo, & Catholicismo, S. Valerius Abbas vulgo dictus S. Petri de Montibus. De quo insignis memoria in eodem usque nunc legitur marmori inscripta: quam apud Moralem, lib. 12. c. 35. videre licet. Ex hac ergo memoria insigni, necnon & ex opusculo quoddam ejusdem D. Valerii cui titulus *De Vana sæculi sapientia* vitam ejus hic paucis habe. In præfati opusculi fine verba de se ipso faciens Valerius, ex Asturicensis urbis territorii quodam loco oriundum ait, eremiticam egisse vitam vicennio integro, variis persecutionibus agitatam: demumque in cellula pedem fixisse, quam S. Fructuosus juxta Oratorium, Sancto Petro Apostolo in Bergidensi eremo à se dicatum, olim construxerat. Manet ibi usque nunc sub Benedictinorum regula Sancti Petri de Montibus dictum, totaque Hispania inclytum Monasterium, ex oratorio nempe in Ecclesiam, ut in monumento jam laudato legitur dilatatum. Cui Ecclesiæ adhæsisse etiam tunc, opera ejusdem Monasterium ex quo Abbas in ea Ecclesia Valerius dicitur, verosimile est. Inde eum honoris causa deducere, & in Toletanum orbem secum perducere conatus fuit ejus Episcopus,

Isi-

Isidorus, scilicet Asturicensis (interfuit is Bracarensi Concilio Wambanis tempore anno DC.LXXV.); pervicissetque precibus jussioni paribus, ut ab amatæ Rachelis suæ amplexibus avelleretur, nisi Deus ad se vocato Episcopo, quieti & solitudini servi sui opportune prospexisset. Hæc in compendio sunt, quæ ex eo opere Valerius de se communicatum posteris voluit. — Jacet sanctum ejus corpus in S. Petri de Montibus Cœnobio, ubi sicut ipse vivens à Deo postulaverat, ad Dominum migravit: ibique venerandum idem ejus corpus ad hanc diem religiose coli asserit Cl. Florez, Tom. XVI. Hispan. Sacræ, pag. 342. & seq.

SANCTI VALERII OPERA.

Incipit vita vel memoratio mirabiliorum, quæ *Dominus* [1] pro boni obsequii famulatu Sanctissimi *Fructuosi* (*a*) *Episcopi*, ad corroborandam fidem credentium statuit *ad* [2] salutem.

1 Deus

2 *Ms.* &

1 Postquam antiquas tenebras supernæ veritatis nova irradiavit claritas, & à Sede Romana prima Sanctæ Ecclesiæ Cathedra Fidei Catholicæ dogmatum fulgurans rutilaret immensitas, atque ex Ægypto Orientali Provintia, excellentissima Sanctæ Religionis præmicarent exempla, & hujus occiduæ plagæ exiguæ perluceret extremitas: perspicuæ claritatis egregias Divina pietas duas illu-

(*a*) Fructuosis Abbat. Dumiensis, posteaque Archiepiscopi Bracarensis, Vita à B. Valerio Abbate esse conscripta ex is creditur conjecturis. 1. Una cum aliis ejusdem operibus prostat, nedum in codice Carracedensi, verum etiam in codice alio Monasterii S. Petri de Arlanda, anno Christi DCCCC.XII. manu exarato. 2. Hanc edidit primus Prudentius Sandovalius Pampilonensis Episcopus; atque ex inde in Martyrologium suum Hispannum Joannes Tamajus misit. 3. Tertio habemus editam, nec parum emendatiorem à Joanne Mabillone in Actis SS. Benedictinorum. Tandem Florezius vulgavit Tom. XV. Hispaniæ Sacræ. Reperitur etiam in alio Ovetensis Ecclesiæ codice, quem & vidit Morales sub S. Valerii jam nomine, ut refert, lib. 12. cap. 51. Consonat & stilus uti visum Morali: item quod Benenati, & Juliani, atque item Cassiani, S. Fructuosi familiarium, ac discipulorum, testimonio, sic utitur vitæ auctor, ut & ipse familiares eos in eodem Bergedensi tractu habuisse apparet.

illuminavit lucernas, *Isidorum* Reverentissimum scilicet virum *Hispalensem Episcopum*, atque beatissimum *Fructuosum*, ab infantia immaculatum, & justum. Ille autem oris nitore clarens, insignis industriæ, sophistæ artis indeptus *præmicans dogmata* [1] reciprocavit Romanorum. Hic vero in sacratissimo Religionis proposito, Sancti Spiritus flamma succensus, ita in cunctis spiritualibus exercitatus, omnibusque operibus sanctis perfectus emicuit: ut ad Patrum se facile, coæquaret [2] ::: antiquorum meritis Thebæorum. Ille activæ vitæ industria universam extrinsecus erudivit Hispaniam. Hic autem contemplativæ vitæ *principia*, [3] vibranti fulgore micans, intima cordium illuminavit arcana. Ille ægregio rutilans eloquio in libris claruit ædificationis. Hic autem *culmine* [4] virtutum coruscans, exemplum reliquit sanctæ religionis; & innocuo gressu secutus est vestigia [5] Domini nostri Jesu-Christi & salutaris, cujus tantum ineffabilia sunt virtutis ejus prodigia, quod nostra nuncupare non valet ineptia. Quantum fideli narratione cognovi, pauca de principio vitæ ejus, & fine *discernendo* [6] perstringam.

2 Hic vero *Beatus* ex clarissima Regali progenie exortus, sublissimi culminis, atque Ducis exercitus *Hispaniæ* proles, dum adhuc puerulus sub parentibus degeret; contigit, ut quoddam tempore pater ejus eum secum habens, *inter* [7] montium convallia Bergidensis territorii, gregum suorum requireret rationes: pater autem suus greges describebat; & pastorum rationes discutiebat: hic vero puerulus, inspirante Domino, pro ædificatione Monasterii *apta* [8] loca *pensabat.* [9] Post discessum igitur Parentum, abjecto sæculari habitu, tonsoque capite, cum Religionis initia sus-

1 *Mabillon* primitias dogmatum.

2 *Cum sensum non reddeat perfectum, aliquid deest præmonuit Mab.*

3 peritia

4 culmina

5 præeuntis. *Florez.*

6 disserendo. *Flor.*

7 *Ms.* intus

8 *Al. ms.* abdita. *Mabil.* alta

9 Et intra semetipsum retinens nemini manifestabat. *Sic Florez.*

suscepisset; tradidit se erudiendum spiritualibus disciplinis, sanctissimo viro Conantio Episcopo. Cumque aliquanto tempore sub illius degeret regimine: provenit ut quoddam die possessionem Ecclesiæ ingressi ipsius præeuntes [1] *puericelluli* (*a*), cum ei ad manendum hospitium præparassent, quidam de sumptoribus (*b*) *scholæ ipsius* [2] adveniens, interrogavit dicens: *Quis hoc occupavit habitaculum? Respondetur* [3] *Fructuosus*: Statim insana temeritate frustratus, jussit ejus sarcinullam foris projicere, & sibi ibidem præparari; quod ille patienter tollerans, siluit. Cum autem intempestæ noctis silentio omnes quiescerent, subito eum idem hospitium ab ira furoris Domini veniens ignis succendit, cum intus eodem habitaculo, ignis, ut adsolet, minime haberetur: recto videlicet Domini judicio, ut *idem habitaculum*, [4] quod Typho superbiæ turgidus usurpaverat; orante Sancto adolescente, cum ingentis periculi perturbatione, atque injuria, & *jacente* [5] tribulatione, dessereret.

3 (*c*):::: Post hæc, revertens ad locum illum solitudinis supra memoratum, *ut devotionem*, [6] quam dudum parvulus elegerat, jam perfectus *impleret*. Nam construens cœnobium Complutense juxta divina præcepta, nil sibi reservans, *omnem* [7] *assem facultatis suæ ibidem conferens*, (*d*) eum

1 *Ms.* purcelluli *Morales. p.m.* castigavit pueruli.

2 *In Florez. deest* Scholæ ipsius.

3 *Florez* responderunt:

4 *Ms.* eodem habitaculo

5 *Fl.* jacturæ

6 *Ms.* & devotionem...... implevit.

7 Assem propria manu exaravit: Moral.

(*a*) Florez *puericelluli* legit: idque sensui congruentior, nam *puericelluli* ex Du Fresne Gloss. Camerarii dicuntur: quos nos vulgo *Ayudas de Cámara.*

(*b*) Sumptores, qui sumptibus suorum istic alebantur. Hens. Hos nos vulgo Porcionistas.

(*c*) Hic fuit littera major, ut caput, aut lectio incipere videretur. Suor. hic.

(*d*) Florez legit: à se facult. &c... suppellectilem ejiciens & ibidem conferens.... quæ tantum extant apud Tamai.

eum locupletissime ditavit: & tam ex familia sua, quam ex conversis, ex diversis Hispaniæ partibus sedulo concurrentibus eum agmine Monachorum affluentissime complevit. *Et quia sicut scriptum est*; [1] quia semper sanctitatem æmulatio sequitur inimica, & contra bonitatem pugnat malitia: illico invidus vir iniquus, sororis ejus maritus, antiqui hostis stimulis instigatus, coram Rege postratus, surgens, surripuit animum ejus, ut [2] *eadem* (*a*) pars hæreditatis à Sancto Monasterio aufferretur: & illi, quasi pro exercenda publica expeditione, conferretur. Quod cum huic beatissimo compertum est, statim tollit Ecclesiæ vela: & sancta nudavit altaria, & ciliciis induit ea, atque scripsit, & direxit illi epistolam confusionis, & increpationis, *dominique* [3] comminationis; se quoque convertit in jejuniis, & luctu, & lachrymis, atque prolixitate orationis. Cum ita ageretur, statim ispe Sanctorum æmulus, & boni operis adversarius, ultione divina percussus, citius vitam finivit. Sic ergo factum est, ut qui oblationem Sanctorum quærebat aufferre, ipse crudeliter de hoc seculo absque liberis discederet, & facultates suas alienis relinqueret; & ipse secum solam perditionem portaret.

4 Hic vero Sanctissimus confirmans cunctum regularem Ordinem, constituensque cœnobii partem cum ingenti [4] *districtionis* rigore, & quia rumor gloriosæ sanctitatis ejus cunctas peraggraverat regiones: cum ex multitudine diversorum occurrentium crebram pateretur inquietudinem, humanam fugiens laudem, atque favorem: egrediebatur à Congregatione, & nudis vestigiis penetrabat loca nemorosa, *argis* densissima, aspe-

1 *Ms.* Sic scriptum est quia

2 *Ms.* Idem. *Sed Moral. prop. m. eadem corr.*

3 *Ms.* denique

4 *Sic. Ms. castigavit Mor. Flor. leg.* discretionis.

(*a*) Tam. à maj. & Sand. & Flor. iisdem.

pera, & fragosa, per speluncas, & rupes, triplicatis jejuniis, & multiplicatis vigiliis, & orationibus vacans.

5 Contigit enim, ut dum quoddam tempore in cujusdam rupis gradibus, melotem ex capreis pellibus indutus, enixus oraret; adveniens quidam [1] *arcistis* (*a*) venationibus insidians, & cum eum vidisset super unum rupis gradum in oratione prostratum: existimans *rupeam esse venationem*, [2] tendens arcum; & cum librasset ictum, ut dimitteret sagitam, providentia divina solicitus, erexit manus cum oratione ad Cœlum: ille vero intelligens *quid esset*, [3] retinuit ictum. Post hæc, ostendens se ei hæc cuncta referens; ipse vero beatissimus rogavit eum, ut nemini hoc manifestaret. Post hæc denique, in vastissima, & arcta, atque procul à sæculo remota solitudine, in excelsorum montium finibus extruens Monasterium *Ruphianense*: (*b*) & erga suum sanctum *altare* [4] se in angusto, & parvulo reclusit ergastulo: cumque ibidem aliquanto tempore quievisset, eggressa est omnis Congregatio *Complutensis* Cœnobii, multitudo Monachorum, & *pie violenter* [5] venientes, ejecerunt eum de eadem claustra, & ad pristinum reduxerunt locum.

[1] *Sic prop. m. Mor. exaravit mendumq. ms. castigavit.*

[2] *Fl.* in rupe esse venationem.

[3] *Fl.* quod homo esset.

[4] *Ms.* altarium.

[5] *Ms.* pie violenti.

6 Demum itaque egrediens, inter *Bergedensis* [6] territorii, & *Gallatiæ* [7] provintiæ confinibus ædificavit Monasterium *Visuniense* [8], atque postmodum ex alia parte Galliciæ in ora maris construxit Monasterium *Peonense*.

[6] *Ms.* Berdigensis.

[7] *M.* Galiciæ

[8] *Ms.* Visuliense.

Et

(*a*) *Arcista*, & *Arcistes* in Glossariis Sagittarius. Flor. sic leg. *quidam agrestis venationem exercens*, & *insidias*.

(*b*) S. Petrus de Montes, hoc est Monasterium. Moral. ic ad marg. prop. man.

7 Et dum multa illi intentio esset navigandi in mare, in *longinquo* [1] Ponti pelago, non grandem reperit insulam, ubi dum concupisset cum Dei juvamine fundare Monasterium, egredientes autem ad terram, navicula, per quam transfretaverant per negligentiam *incuriosi* [2] nautæ solutam reliquerunt, & dum *intente* [3] cum discipulis suis sub quadam rupe laboraret, ut aquam dulcem produceret; expleto autem opere, cum retransmeare voluissent; impulsu igitur inimici; tamquam *ventis*, [4] *atque procellis*, vident ipsam naviculam in longinquo maris freto, inter undas projectam. Et cum omnes ejus discipuli, facta sibi *difficultatis* [5] desperatione, se gravi mœrore deprimerent, ipse vero oratione facta, se in tam longinqui maris pelago solus projecit. Illi autem duplo lucto, & ejulatu, amarissime perstrepebant, & illius periculum formidantes, & suum interitum deplorantes: Et cum jam præ nimia longinquitate ab oculis eorum *abscedere* [6] & in integram ruerent desperationem; post multa vero horarum spatia, procul intuenter, vident ipsam naviculam paulisper propinquare. Postquam vicinius applicuit, cernunt eum in eadem sedentem, & cum gaudio remeantem: quem cum summa lætitia suscipientes, retransfretaverunt cum exultatione. Ad eandemque demum regrediens insulam, in qua eum incipientem sancti operis principium invidus, atque iniquus impedire dudum tentaverat inimicus, præmissum, cum Dei juvamine, sanctum construxit Monasterium, solitoque exercitio eum dedicans, strenue reliquit munitum.

8 Rumore eximiæ sanctitatis ejus enixius crebrescentes, multæ idoneæ, ac nobiles personæ, etiam ex Palatio, servitium Regis relinquentes;

[1] *M. s.* longinco.

[2] *M. s.* incuriæ. *Flor.* incaute.

[3] *Flor.* intense.

[4] *M. s.* ut ventis. *quem Morales ad margin. sic corr.* ut *i. e.* tamquā. *Flor. vero*: volventibusque procellis.

[5] *Florez cum Tam.* facultatis. *Cæteri cum nostro difficultatis.*

[6] *Sic prop. manu ms. Moral. castigavit. Flor.* absconderetur.

tes; ad ejus sanctissimam *sitienter* [1] confugere disciplinam. Ex quibus plerique ad Pontificalem duce Domino conscenderunt honorem. Inter quos unius sophismæ, intelligentiæque peritiam indeptus, nomine *Theudiscus* [2] opitulante Domino: atque sæpe dicti *beatissimi*; suffragante prædio; in abditissima solitudine in locum, qui nuncupatur Castro Leonis, egregium ædificavit Monasterium, & in ipso permansit usque ad finis sui terminum.

9 Igitur præfatus beatissimus Fructuosus sese Domino nimiam ab ineunte ætate charum exhibuit. Post hæc denique, contemptis illæcebris *mundialibus*, omnem & eximii sui patrimonii copiam Ecclesiis sanctis, libertis suis, atque pauperibus erogavit. Dehinc ad hæremi pertendens loca, Monasteria plurima fundavit, in quibus multas animas Monachorum per bonam conversationem, & sanctam disciplinam::: [3] Domino dedicavit. Ipse vero dum inibi Cœnobiali ritu cunctis commorantibus modum rectæ vitæ constituisset, & aliquandiu illic degisset: devitans frequentes populi concursus, abditissima hæremi loca petit, ac fronduosis, secretisque nemoribus ita se occultare studuit, ut *nunc altissimis* [4] locis, *nunc densissimis* [5] silvis, *nunc* [6] *etiam* rupibus, quæ solis ibicibus præviæ sint, latebrando latitans, ut non humanis, sed divinis oculis cerneretur.

10 Sed dum, opitulante Domino, idem vir Sanctus irreprehensibiliter hæremiticam perageret vitam, eumque multi diligenter crebrissima visitatione requirerent, & non reperirent; *idem vir* [7] nigras, parvasque aves, quas usitato nomine vulgus *gragulas* vocitant, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur. Quæ *præpetenti volatu* [8] per diversas partes silvarum, eo usque volitantes, per-

1 *Fl.* scienter.

2 Teud isilus *Fl.*

3 *Fl.* erudivit.

4 *Ms.* nec altis.

5 Nec *densi.*

6 Nec etiam.

7 Idem vir *deest in Ms.*

8 *Fl. cum Tam.* prætendentes volatum.

perquirebant, quousque repertum cunctis inquirentibus, ejus sanctas latebras suis garruliter vocibus proderent, atque omnibus propalarent. Tunc deinde universi ad eundem virum cum gaudio magno properabant. Denique, sicut supra diximus, multis miraculorum signis crebrè effulsit, & miro virtutum opere, adnitente divino adminiculo, sæpissime corruscavit. De quibus sanctis virtutibus, opitulante Domino, jam nunc aliquid fari incipiamus.

11. Quoddam namque die, ut fertur, venantium turbæ cum canibus dammulam persequebantur. Jam quidem multo spatio victa bestiola, cum undique campis late patentibus, mortem sibi imminere cerneret, ita ut penè jam ab ipsis canibus comprehenderetur, sævisque eorum morsibus discerperetur: idem quoque vir Dei iter suum, incognita venantium causa, pergebat. Ipsa nimirum bestiola, dum jam ullum uspiam sibi consspiceret adesse perfugium; mox ut virum Domini vidit, illico sibi ab eo defensionem poposcit: ac protinus pro *percipienda* [1] vitæ suffragio incunctanter sub ejusdem viri Domini *amphibalum* ingressa est. Quam ille statim ab omni improborum hominum persequutione defendit: mox etiam canes procul abigi jussit; atque ad Monasterium eam secum, sua sponte venientem perduxit. Quæ, (ut dicitur,) tantum ab illa die mansueta effecta est, ut ubicunque ille abiret, eam nullus de ejus vestigiis disjungere valeret. Sed si vel paululum ab ea recederet, numquam ballare, aut vocibus strepere cessaret, quousque eum denuo revideret. Nimirum tantæ erat mansuetudinis, ut veniens frequenter in lectulum, ad pedes ejus recubaret. Quam ille in sylvam contiguam Monasterio sæpe dimittere jussit. Illa vero ne immemor tanti bene-

[1] *M. s.* percipiendæ.

neficii gratia, sylvam, quæ eam nutrierat, contemnebat, & ad liberatoris sui præsentiam ociùs recurrebat. In tantum scilicet, ut si ille *in quemquam* [1] profectus fuisset *locum* [2] suis eum vestigiis, quodusque reperiret, per longum itineris spatium prosequeretur. Cumque diutissime hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis longè lateque fama crebrescere. Sed quia antiquus hostis, unde bonos convenit enitescere ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad pœnam; quidam juvenis vesaniæ spiritu afflatus, imò potius invidiæ igne succensus, absente sanctissimo viro, ipsam bestiunculam morsibus canum interemit. Sed cum post aliquos dies sanctissimus vir ad Monasterium fuisset regressus, solicite requisivit; quidnam causæ esset, cur capra sua ei solito more tunc minime occurreret? cui protinus dictum est, quia dum in pascuis silvarum fuisset, egressa, veniens puer ille, interemit eam; qui mox genua sua, summo cum dolore, in conspectu Domini flectens, semetipsum in pavimento prostravit, sed nutu Domini illico inferre non distulit supplicium præsens divinæ majestatis severissima ulctio. Ipse ille juvenis, gravi febrium langore statim correptus, mox ab eo flagitare per inter nuntios cœpit, ut pro se Domino supplicaret, ne juxta suam pessimam temeritatem, divina perculsus ulctione, crudeli exitu, vitam finiret. At ille statim ad eum profectus, Domini imploravit misericordiam, ac manum suam super eum posuit, & illico ægroto ipsi, non solum corporis salutem pristinam reddidit; verum etiam simul & animæ ejus infirmitates sacra oratione curavit.

12 Aliud quoque summæ patientiæ miraculum, narrante quoddam fideli viro, comperimus, qui

[1] *Ms.* quocumque.
[2] Loco.

qui nobis retulit, supra nominatum almum virum, cum quadam die cum cæteris comitibus sui itineris, per loca, quæ urbi *Egyptaniæ* [1] contigua sunt, pergeret, atque provintiæ *Lusitaniæ* eximiam urbem *Emeritam*, ob desiderium egregiæ Virginis *Eulaliæ*, peteret; quatenus inibi sacra vota mentis suæ, sacratissimis persolveret cordis sui affectibus, ut fusis in conspectu Domini dulcissimis precibus præceptisque à Domini Jesu-Christi *largiflua* [2] pietate postulationis effectibus, ad insulam, quæ in territorio Gaditano sita est, properans, adnitente Domino perveniret. Sed ut supra diximus, dum in Egitaniæ partibus viæ suæ carperet iter, accidit ut cuncti qui in Collegio Beatissimi Viri iter agebant, paululum præcederent. Ipse vero subsistens in abditu nemorum, sylvarumque densarum secretissimo loco, paulisper orationi incubuit; qui dum humo prostratus jaceret, antiquus hostis omnium bonorum semper invidus, quendam rusticum, ac plebejum virum confestim ad locum quo vir Domini orabat, furibundum perduxit: qui dum virum Domini eminus vidisset, eumque singularem, vili habitu, excalceatis nudisque pedibus inter fructeta conspexisset: ut sese habet rustica, mens, eum villitatis cultus contemnens, ad eumdem virum temeritate insaniæ fretus, proprius accesit, eumque fugitivum *æstimans*, [3] procacioribus verbis conviciando lacessivit: ac nihil cunctatus, idem rusticus petulanter multisque contumeliis verborum eum objurgavit. Sed dum vir Domini respondens, tranquilla mente diceret: *plane, fugitivus non sum*; & ille è contrario fugitivum omnibus modis esse perhiberet, & eo usque instinctu diaboli irritatus est, ut eum vecte quem gestabat manibus, ictu verberaret. Quod cum vir

1 *Alii* Eltaniæ.

2 *Ms.* largitiva.

3 existimans.

vir Domini patienter sustineret, & ille percutere non desineret, mox ei signum crucis fecit, statim eum Dæmon in terra allisit, atque ante pedes Sancti viri resupinum corruere fecit, & eo usque devacando laniavit, quousque eum in sanguine proprio involutum crudeliter discerpens, cruentaret. Sed vir Domini sanctus, protinus oravit, & pristinæ eum sanitati absque ulla difficultate restituit.

13. Nunc igitur, non prisca, sed moderna, non veterata, sed novella; non vanis quibuslibet fabulis facta, sed *miracula* [1] veritatis indicio declarata, narrante venerabili viro *Benenato* Presbytero, (*a*) quemadmodum gesta sint veraciter comperimus. Et ob hoc hujus in paginulæ seriem breviter, sicut ad nos perlata sunt, adnotari omni cum veritatis studio procurabimus. Denique jam dictus fidelissimus vir retulit, dicens. Dum de provincia Lusitaniæ cum sanctissimo viro *Fructuoso* ad provinciam Beticam pergerem, *& imbriferi aëris immensas, ac juges* [2] pluvias, utpote hyemis tempore per multos dies indesinenter exhiberent, & ex multitudine imbrium nimium flumina excrebissent: accidit die quadam puerulum cum caballo, qui codices ipsius viri Domini gestabat, dum transmeare cum cæteris collegis suis nititur, in amnis fluenta profundissima cecidisse, & diutissime barathro gurgitum cum ipsis libris dimersum fuisse: tandem igitur, suffragante Domino, à lympharum discrimine ereptus, & crepidine alvei; madefactus licet, pertingere tamen meruit incolumis. Idem nam-

[1] *Ms.* miraculo.

[2] *Mor. prop. man. sic Ms. corr.* & imbris feritas immensas ac juges.

(*a*) Eum qui hæc scripsit fere Sancto viro fuisse coëvum. Unde Beatum Valerium credere possumus hujus operis auctorem. Moral. hic prop. man. ad margin.

namque vir paulo post eos pede proprio, ut ei semper mos erat, absque vehiculi *juvamine* [1] properabat. Cumque ad suos pervenisset comites; dictum est illi, quod omnes codices sui in aquam cecidissent. Ille vero in nullo penitus commotus, sereno vultu, hilarique facie, absque ulla mœstitia ejici de marsupiis, & sibi præsentari præcepit: sed ita eos reperit siccos, ut illos fluvialis *liquor* [2] nullo modo contigisset, nec madidos humor, *vel* [3] *tenuiter, facere potuisset.*

14. Aliud quoque mirabile factum, quod supra dicto viro referente cognovi, silentio occultare non debeo. Quadam die, idem beatissimus Fructuosus devotionis implendæ gratia, de civitate *Hispalensi* ad *Baselicam* Santi Geronti navigio profectus est. Et dum ibidem desiderii sui vota admittente Domino, devotus persolvisset, & *vesperascente* [4] die, iterum redire, unde venerat, disposuisset: nautæ ipsi, qui per longa spatia pelagi navem gubernaverant, fessi labore navigii, non solum quod vires ad gubernandam navem non habere se dixerunt; verum etiam quod diei pars extrema jam superesset, cœpere criminari. Quibus ille ait. *Deprecor vos, ut accipiatis paululum cibi in refectionem, & quia lassi estis, vel paululum quiescatis, dum & ego officii mei impleo cursum. Nam & hoc quæso, ut remos hujus navis tollatis, & sic paululum dormiatis.* Quibus statim obedientibus, & juxta præceptum remos naviculæ auferentibus, vel etiam ob dormientibus, illico sanctissimus vir orans, & officium sacrum cum suis fratribus perfugens, nullo homine navem contingente, sed Domini sola manu gubernante, ad ulteriorem amnis ripam celeriter transmeavit. Nautæ vero subito expergefacti, super vacuas eidem vero inserebant quærelas, di-

[1] *Ms.* levamine.

[2] *Ms.* licor.

[3] *Ms.* ullus tenuiter facere pot.

[4] *Ms.* vesperecente.

dicentes. *Transfretemus jam, quia inter noctis tenebras non bene possumus navigare.* Quibus ille ait: *nolite, ò filioli, vos fatigare, quia absque vestro labore, Dominus nos ubi desiderabamus jam perduxit.* Qui cum surrexissent, atque se in alteram partem ripæ fluminis esse conspexissent, obstupefacti, turbatique mirabantur quidnam fecisset Dominus.

15. Nam & aliud retulit, quod omnimodis verum esse affirmabat, dicens: quadam Dominica die dum imbres procellosi inæstimabiliter essent, idem sanctissimus vir de civitate Hispalense ad insulam, quæ sita est in territorio Gaditano pergebat. Quem dum multi cives præfectæ civitatis, vel etiam Antistes ipsius urbis, omnixe ibidem retinere vellent, ut quia Dominicus dies erat, vel certe quia *aërum* [1] non esse temperies, si non amplius, saltim usque post missam, inibi sustinere adnueret, quibus taliter ille respondisse fertur. *Nolite, obsecro, me retinere, quia Dominus direxit viam meam; sed si pro mea injuria satagitis, & aliquid pro ista pluvia formidatis, certissime sciatis, quia amplius hodie pluvia, quam usque ad secundam diei horam non erit.* Quod ita gestum omnes viderunt, quia præsentes fuerant. *Et postquam ille hora secunda navem conscendit,* [2] statim pluvia desiit, & usque quartum diem, quamdiu ad locum quo tendebat, peraccederet, non pluit; sed tribus diebus, juxta quod prædixerat multa tranquillitas fuit. Unde conjicere possumus, quia tandiu minime pluit, quandiu sanctus vir navigans, ad locum destinatum perveniret. Cumque præfatam, suffragante Domino, *Gaditanam* ingressus fuisset Insulam, ex alia parte quasi sol oriens illuminaturus *Hispaniam,* [3] ædificavit sanctum, *ope Domini,* [4] Monas-

[1] Aëris: *Fl.*

[2] *Ms.* & postquam illa hora secunda navim conscenderit.

[3] *Ms.* Spaniam.

[4] *Ms.* opere Domini.

nasterium, *solitisque* [1] cœnobiali ritu, regularis eum *instruxit exercitii rudimentis.* [2]

16. Denique in abdita, vastaque, & à mundana habitatione remota solitudine, præcipuum, & miræ magnitudinis, ægregium fundavit cum Domini juvamine cœnobium, & quod ab hora maris novem millibus distet, ei nomen edidit *Nono*: (Sic à Religioso viro *Juliano Presbytero*, qui in eodem cœnobio adolevit ex parvulo, fideli relatione cognovi & breviter intimabo: *tanti gloriosissimi, & incomparabilis viri rutilo fulgore radiantia exempla meritorum*, [3] ita ardore fidei accendit animas populorum, ut catervatim undique *concurrentes agmine* [4] conversorum immensus fieret chorus & nisi duces exercitus provintiæ illius, vel circumseptus undique confinibus, Regi clamassent, ut aliquantum prohiberetur, quod si fas fuerit promissionis, non esset qui in expeditione [5] publica proficisceretur; *innumerabilis sine dubio congregaretur exercitus* [6] Monachorum; ita ut non solum virorum, sed etiam animi inflammarentur fœminarum. Et cum in eodem Sanctæ Congregationis loco accedendi additus non esset mulierum, ordinem referam quemadmodum facta est congregatio puellarum.

17. Quædam virgo sanctissima, nomine *Benedicta*, claro genere exorta, atque ex Gardingo Regis sponsa; ardore fidei, & flamma amoris sanctæ religionis succensa, à suis occultè fugiens parentibus, solo ingressa est diversa hæremi deserta, & sic perinvia, & ignota errando loca, tandem, duce Domino, appropinquavit ad Sanctam Cœnobii Congregationem. Non audens proprius accedere, sed procul in deserto subsistens, suggessit per inter nuntios Sanctissimo Domini vi-

[1] *Ms.* solitæque.

[2] Instruxit exerc. rudimenta.

[3] *Flor. cum Hens.* tanto gloriosissimus & incomparabilis vir, rutilorum radians exemplo meritorum.

[4] *Ms.* Concurrentia :::::: agmina.

[5] *Alii Ms.* ope sanata, *quæ* in editis hic sunt vulnera. *Flor. hic.*

[6] *Ms.* innumerabiliter se debuit congregare exercitus.

viro, ut ovem errantem de luporum faucibus liberaret; & in viam salutis dirigeret, & animam quærentem Dominum, specialibus disciplinis institueret; qualiter hoc à Domino, qui ovem perditam humeris suis reportavit, reciperet. Ille vero hæc audiens, immensas Omnipotenti Domino retulit gratias; & jussit ei in eadem deserti sylva parvam facere mansiunculam. Et ut præfatus vir refutabat, quia de senioribus nullus ad eam appropinquare audebat, sed ex nobis parvulis, unusquisque vice sua, illi litteras ostendebat, & substantiam ministrabat, & ita cum multa conjuratione suggessit, ut numquam illi cibus aliquis portaretur, nisi cum beatissimus vir, licet media nocte, reficeretur, & ab eo sanctificatum illi dirigeretur. Hæc nempe spiritualibus studii diligenter *intenta* [1], cum ejus fama per diversas terras fuisset laudabiliter propalata, tantus desiderii ardor inflammavit cæteras diversorum fillas, ut undique alacriter confluerer eximia puellarum caterva, ita ut intra breve temporis spatium, *octogenarius* in Congregatione sanctarum virginum numerus compleretur. Quibus in alia solitudine more solito, construit Monasterium. Tanta itaque in utroque sexu almifica florebat sanctitas, atque eximia crescebat fama perfectionum, ut viri cum filiis suis ad sanctam se converterent *in Congregatione Monachorum.* [2] Matronæ vero eorum cum filiabus *sanctarum* [3] se sociarent consortio puellarum. Sponsus vero dictæ sæpe virginis Dominæ *Benedictæ* cum dolore & mœrore ingenti fllebiliter adversus eam immissus perfida laboris invidia inmici sugessit Regi. Sicque de præsentia Regis levavit judicem; qui inter eos examinaret judicii veritatem, Comitem nomine *Vergelate*, [4] qui venit ad Monasterium virginum regia

[1] *Ms.* indepta.

[2] *Fl.* ad sanctam se converterent congregationem Monac.

[3] *Flor.* Sancto se sociarent consortio puel

[4] *Ms.* Angelate: *sed Mor. propria exaravit manu Vergelate.*

gia præcintus auctoritate. Compulsus vero Præpositus virginum, ut præfatam virginem de Congregatione secernens, præsentaret qualiter sponso suo responderet: Quæ cum violenter fuisset eggressa, ita oculis cœlum intendens reticendo intra se insistebat, ut faciem illius minime videret. Cumque ille adversus eam assereret, ita per gratiam Domini, Spiritu Sancto repleta, eum paucis adclusit verbis, ut ultra ei quod didiceret, non haberet. Tunc ipse Judex dixit: *Dimitte eam Domino servientem, & quære tibi aliam uxorem.*

Post hæc eandem sanctissimam virginem jussit divina pietas, intra breve temporis spatium, de hoc sæculo migrare. Ita factum est per ineffabilem Domini electionem, ut quæ in sancta conversatione cunctarum sanctarum virginum illarum præcesserat; chorum, præcederet, & in sancta *vocatione* [1] ad supernam gloriam Regni Cœlorum, per eum qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

18. Beatissimus vero Fructuosus, cum exemplo suo excellentisimæ sanctitatis corruscante splendiflua claritate cunctam illuminaset *Hispaniam*, [2] atque per singulas diversarum regionum Congregationes Monachorum adinstar inocui cordis sui perfectorum enutrisset agmina discipulorum, ita ut usque hodie nuperrime convertentes, per ordinem priorum *descendentium* [3] Sanctorum seriem invicem suscipientes, illius antiqua quasi hodierna floreant, exempla, & usque in finem mundi fructus operis ejus gignat, & gloriosa semper inmovetur memoria, atque in regno Cœlorum, gregis ipsius multiplicentur quotide agmina copiosa.

19. Postquam cunctam sancti operis sui devotionem, suffragante supernæ virtutis opitulatio-

[1] *Flor.* conversione.

[2] *Ms.* Spaniam.

[3] *Flor.* discedentium.

tione, ad summam perduxit perfectionem, succendit eum immensus sancti desiderii ardor, ut partem occupans Orientis, novam arriperet peregrinationem. Cumque hæc cum paucis electis discipulis suis clam pertractasset, & navem sibi ad subvectionem præparasset, quam omni prædestinationis *ascendens* [1] transfretaret ad Orientem, ab uno proditore detectus, discipulo, egressionis aditum non valuit impetrare. Quid multa? Cum hæc agerentur, pervenit ad Regis temporis illius auditum. Formidansque Rex, & omnes prudentes, illi familiariter adsistentes, ne [2] *tali luce Hispania desolaretur*, jussit eum sine aliqua molestiæ perturbatione *comprehendere*, [3] & ad se usque *perducere*. [4] Cum autem eum perduxissent, atque cum nimia formidine illam custodirent; nocte, ut fertur, habitaculi *ostia* [5] in quo manebat, missis extrinsecus catenis, & seris diversisque duris obserantes claustris, ipsi ibi insuper custodes permanebant: cumque intempestæ noctis silentio expergiscerentur, claustra procul abjecta, hostiaque patefacta cernebant. Ille vero per sanctas Ecclesias orans securus, pietatem Domini deprecabatur.

20. Post hæc videlicet, licet invitus, contra voluntatem suam languoris mœrores depressus pertinaciter resistendo in Sede Metropolitana dono Domini, ordinatus est Pontifex. Tanto igitur suscepto honore, pristinam non deposuit conversationem, sed in eodem habitu, in eodemque solito abstinentiæ rigore persistens, residuum vitæ suæ tempus in eleemosinarum dispensatione, atque Monasteriorum consummavit ædificationem.

21. Interdum inter *Bracharensem* urbem, & *Dumiense* Cœnobium in cacumine modici montis

[1] *Fl.* conscendens.

[2] *Fl.* ne talis lux Hispaniam desereret.

[3] M. s. comprehendi.

[4] Perduci.

[5] *Fl.* Ostium.

tis præcipuum ædificatum Monasterium, ubi suum sanctum humatum est corpus. Tanta illi fuit intentio in sanctarum Ecclesiarum ædificationem, sicut viri Domini *Casiani* Abbatis, ejus primi discipuli cognovi relatione, ut cum ante multo tempore suum præcognovisset, sanctum imminere obitum, & cum multa illi esset cœpta operatio ædificationum, propinquante scilicet vitæ præsentis occasu, non solum diurno tempore, sine intermissione operabatur; sed etiam nocturnis horis, lampadibus accensis, in eodem opere *prosequebatur*, [1] ne de hoc sæculo discedens, opus sanctum relinqueret imperfectum. Sicque, *hoc divino* [2] adjutus auxilio, cuncta quæ fideliter cœperat, diligenter consummavit & fideliter dedicavit.

[1] *Fl.* perseverabat.

[2] Fl. ope *divina* adjutus.

22. Finis quippe termino propinquante, febre corripitur, & cum per aliquos dies vi febrium teneretur, quoddam die subputans tempus, à quo illi finis suus dudum fuerat præsagiatus, invenit ipsum instare diem, quo de hoc sæculo erat migraturus. Nunciavit adstantibus; cunctis autem flentibus, solus ille exultabat, quia proculdubio *sciebat quod* [3] ad cœlestem sempiternam gloriam properabat; Interrogantibus eum, si timeret mortem, respondit: *Non timeo plane: scio enim quia & si peccator, ad præsentiam Domini mei ambulo.* Post hæc jussit se ad Ecclesiam deportari; & cum jam omnia domus suæ ordinata haberet, unum vernulum suum nomine *Decentium*, qui illi benè á parvulo servierat, residuum habebat: jusit eum vocari, & imponens ei manum, ordinavit eum Abbatem in præcipuum *Turonio* [4] Monasterium. Sic denique accepta legitime pœnitentia, non egressus de Ecclesia, nisi ibi ante sanctum prostratus altare, jacuit diem il-

[3] Quod sciebat *deest in m. s.*

[4] *Tamaj*: Turonii.

illum, & noctis percurrentis spatium. *Ante surgente enim lucis crepusculum*, [1] expandens manus ad orationem, suum immaculatum, & sanctum in manibus Domini tradidit spiritum; qui sanctos suos coronat per bonam confessionem; [2] cui est virtus, honor, gloria, & potestas, cum Patre & Sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen. (*a*)

[1] Floréz At exurgente lucis crepusculo.

[2] *Hæc omnia m. Florez desunt.*

Ad sacratissimum vero sancti corporis ejus sepulchrum euntibus cunctis, perseverant signa virtutum. Nam & infirmi ibi sanantur, & dæmones effugantur, & quicumque mœrens ejus *invictum* postulaverit auxilium; statim plenum á Domino petitionis suæ consequitur fructum.

(*a*) Hinc constat ante Sancti Fructuosi translationem hæc fuisse scripta. Morales hic propr. man. ad marg. exaravit. Hanc autem translationem in Florez. tom. 15. Hispan. Sacr.

INCIPIT EPISTOLA

In Beatissimæ Echeriæ (*a*) laudes conscripta Fratrum Bergidensium Monachorum à Valerio conlata.

1. Quæso, ut intento corde pensetis, *sancti* , [1] *& Deo placiti Fratres* quanta sit exercitatio operum diversorum præmia adepiscendi Regni Cœlorum. *Dum fortissimorum* [2] *virorum Sanctorumque virtutum adtendinus acta*, *feminæ* fragilitatis magis constantissima admiratur virtutis efficacia, sicut beatissimæ *Echeriæ* [3] cunctorum sæcularium *fortior* [4] virorum, eximia narrat historia. Itaque dum olim almifica fidei Catholicæ crepundia, lucifluaque sacræ Religionis immensa

[1] *Al. Cod.* Sanctis, & Deo placentibus, fratres.

[2] Dum fortissimorum, Sanctorumque virorum virtutum.

[3] *Al. Cod.* Elheriæ.

[4] *Al. Cod.* fortioris.

(*a*) Habetur etiam hæc Epist. in hujus R. Escurialensis Bibl. Codice gothico anno Christi DCCCCLIV. manu exarato. Plut. I. a. n. 9. hâc rubrica *Vita & Epistola Eiherie Beatissime laude conscripta fratrum Bergendensium à Valerio conlata*: qua cum contulimus & ad oram varias adjecimus lectiones. Præfatus Codex est (ut hîc obiter hæc dicamus) pingui ac rudi membrana litterisque gothicis scriptus Era DCCCCXCII. Christi vero ut supra: accedit ad majorem formam, eamque quadram. Dono eum dedisse Georgium Betetam Philippo II. Hispaniarum Regi ex prima omnium Codicis pagina liquet: munus sane tanto Principe dignum. Habentur in eo. *B. Ildefonsi de Virginitate Sanctæ Mariæ libellus*; Item. Anonymi vitæ quarundam Sanctarum; scilicet: *Constantinæ Virginis*; *Háeliæ Virg. Melaniæ Senatricis Romanæ*; *Castissimæ Virg. Eiheriæ Hispanæ Virginis*; *Pelagiæ & Mariæ Ægyptiæ*, quibus in fine additur, Braulionis Cæsaraugustani *Vita Sancti Æmiliani*.

sá claritas hujus occiduæ plagæ sera processione tandem refulsisset, *Extrenuitas*; [1] eadem beatissima sanctimonialis Echeria flamma desiderii gratiæ divinæ succensa, Majestatis Domini opitulante virtute, totis nisibus, intrepido corde immensum totius orbis arripuit iter. Sic quæ paulisper, duce Domino, *gau.iiendo* [2] pervenit ad *sanctissima* [3] & desiderabilia loca, nativitatis, passionis, & resurrectionis Domini; atque innumerabilium Sanctorum per diversas provintias vel civitates corpora martyrum orationis gratia, ædificationisque peritia. Quanto plus sancto Dogmate indepta, tanto amplius inexplicabilis *æstuabat* [4] in corde ejus sancti desiderii flamma. Cuncta igitur veteris, ac novi Testamenti omni indagatione percurrens, volumina; & quæcumque Sanctorum mirabiliorum loca in diversis mundi provintiis, civitatibus, montibus, cæterisque desertis reperit esse conscripta, solicita expeditione, licet per multa annorum spatia *peregrinando* [5] *proficiscens*, tamen cuncta cum Dei juvamine perlustrans; tandem parte Orientis ingressa, Sanctorum summo cum desiderio Thebæorum visitans Monachorum gloriosissima Congregationum Cœnobia, similiter & sancta Anachoretarum ergastula. Unde benedictionibus Sanctorum *plerumque* [6] munita, & dulci alimonia *claritatis* [7] *refecta*, [8] ad cunctas se *Ægypti* [9] convertit provintias; & omnes antiquæ peregrinationis Israelitici populi summa intentione perquirens habitationes; singulorumque provintiarum magnitudines uberrimas, *fertiles*, [10] atque perspicuas, urbiumque munitiones, *& varias pulchritudines* [11] per singula describens cunctarum venustissimam laudem.

2. Post hæc sanctissimi montis Domini oratio-

[1] *Cod. Goth.* extremitas.

[2] *Cod. Goth.* gradiendo

[3] *G.* Sacratissima.

[4] *Cod. Got.* exestuabat.

[5] *Cod. Got.* peregrinatione proficiscens.

[6] *Got.* plerique.

[7] *Got.* caritatis.

[8] *Fl.* referta *Got. etiam* refecta.

[9] *Got.* se Ægypti.

[10] Cod. Got. fertilitates. idem alius.

[11] *Desiderantur in Got.*

tionis gratia, desiderio denique inflammata egressionis filiorum Israel ex Ægypto sequens vestigia, ingressa est vastas solitudines, & diversa hæremi deserta, quæ ad singula Exodi libri declarat historia. Ubi Israeliticus populus triduo sitiens ambulas sine aqua, atque ubi illis murmurantibus, ex durissima petra eduxit Dominus per Moysem inæstimabilem aquam, & eorum fides permansit ingrata: ibi in corde istius Dominum sitientis influit fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam. Et ubi multitudo illa esuriens ex dispensatione divina Sanctum de Cœlo fluente percepit manna, insuper fastidiens Ægypti execranda quæsivit alimenta, ibi ista *cibo* [1] verbi *Dei* [2] refecta infatigabiliter agens gratias Domino, carpebat iter intrepida. Illi autem crebro vocem Domini audientes gratiam ejus die, noctuque in columna nubis, atque ignis præcedere cernebant, insuper ambigui retro redire cogitabant: hæc evangelica voce semel indepta, ad montem Domini proculdubio gaudens properabat, nulla hæsitatione detenta. Illi quadraginta dierum spatio Moysem cum lege Dei non sustinentes, *idola sibi pro Domino fabricaverunt sculptilia* [3] hæc autem adventum Domini post finem sæculi spectans, velut præsentem adtendens, ad montem sanctum Syna unde eum speramus in nubibus cœli suo tempore advenire, feminea fragilitate oblita hujus *ardua proceritate, cujus cacumen* [4] *usque* ad nubium altitudinem contiguum eminet, infatigabili gressu dextera divina sublevata pervolat. Sic ope divinæ pietatis evehente ad ejus saxei montis sanctam pervenit summitatem, ubi ipsa divina Magestas omnipotens Deus, dum Beato Moysi sanctam præberet legem, dignatus est habitare. Ubi *cum omni exultationis lætitia* [5] inter cre-

[1] *Got.* cibo.
[2] *Got.* Deo.
[3] *Got.* idolum. pro Deo fabricaverunt sculptile.
[4] *M. s.* Montis, *quousque sed Got. prout in textu exaratur.*
[5] *Cod. Got.* cum omni exultatione & lætitia.

crebra orationum præconia salutares Deo obtulit hostias, & infinitas gloriosæ magestati *ejus* [1] referens gratias, ad visenda *ulteriora præcessit.* [2] Denique super quod universi pene orbis terrarum lustravit confinia, etiam aliorum similiter curavit ingentissimorum conscendere cacumina montium; idest, præcelsum montem *Nabau*, sæpe dicti sine similem, de cujus summitatis vertice beatus Moyses terram repromissionis est intuitus, (*& in eodem loco decidens dicitur ab Angelis fuisse sepultus.*) Alium supereminentem *Pharam* valde procerrimum, in cujus summitate erectis brachiis oravit Moyses pugnante populo, donec victoria fieret. Nec non & immanissimi montis *Tabor* supercilium, ubi Dominus cum Moyse & Elia, discipulis glorificatus apparuit. Atque alium ejusdem comparem valde ingentem qui vocatur *Ermon*, in quo se Dominus cum *discipulis* [3] *beatitudines docuit*, qui *Hæremus* appellatur: Et alium similiter altum nimis, qui dicitur mons *Eliæ*, in quo habitavit Elias Propheta, & centum Prophetæ absconsi sunt. *Item*, [4] horum similem super Jerico imminentem, similiter à Domino consecratum. Quos cunctos pari prædestinatione [5] conscendens, & quia per singula eadem loca, singula sanctarum Ecclesiarum constructa sunt altaria, ubique cum gaudii exultatione, & gratiarum actione, sua Omnipotenti Deo obtulit vota. Igitur palam datur intelligi, quia dum altitudinem regni Cœlorum, consortiumque sacrarum virginum in paradiso delitiarum, & præmia gratíarum, ardenti animo, & totis visceribus, summoque desiderio impetrare quæsivit, tot montium infatigabiliter incessabilibus saltim inlata verticibus opitulante Domino, tam ingentis fastigii penuriam, ferventi animo leviter tu-

[1] *Cod. Got.* gloriosæ majestatis referens gratias: *ubi deest* ejus.

[2] *Cod. Got.* ultiora processit.

Extat in Cod. Got.

[3] *Discipulis suis reficere consuevit.* aliumque valde excelsum, in quo Dominus discipulos beatitudines docuit. *Ita Toletani: quæ omnia in nostro des. Extant tamen in Gotico sicut in Toletanis.*

[4] Cod. Got. *Iterum.*

[5] Pedestinatione, *pro peregrinatione pedestri.*

tulit. Quis pensare poterit quantus in corde ejus riguerit futuri judicii timor? Quantus dilectionis summæ charitatis fluctuaverit amor? Quantusque exarserit spei divinæ ac fidei ferventissimus ardor quam totius mundi *iter non quassavit*: [1] maria procellosa, ac flumina ingentia non conclusit, (*a*) montium immanitas, diraque asperitas non imminuit; gentium impiorum truculentissima atrocitas non per terruit, nisi omnem desiderii sui devotionem, juvante Domino, usque in finem inrevocabili audacia proculdubio perpetravit.

[1] *Cod. Got.* itinera non quasabat.

3 Ideo, Fratres dilectissimi, cur non erubescimus, qui viribus corporis, & integritate salutis consistimus, mulierem Patriarchæ Abrahæ sanctum complesse exemplum, quæ feminæum fragile *sexu* [2] propter vitæ æternæ præmium sempiternum in fortitudine produxit ut ferrum. Quoniam dum in penuriis contrictionum calcat hunc mundum, in requiem, & gloriam exultationem adepta est paradisum: *qui extremo* [3] occidui maris Occeani littore exorta, orienti (*b*) facta est cognita. Dum animæ suæ quæreret remedium, multarum animarum sequendi Deum mirabile præbuit documentum. Hic requiem noluit habere, ut ad sempiternam requiem fiducialiter cum palma victoriæ perveniret. Hic terrenum corpus terreno honore maceravit, ut cœlesti Domino cœlicolam ani-

[2] *Cod. Got.* Sexum.

[3] *Cod. Got.* quæ extremo.

(*a*) Pluralia neutri generis nomina verbis singularis numeri, græcorum more, scriptores nostri, seu transcriptores, sub jugo Sarracenorum, copulantur. Vid Florez. hic. & Tom. XI. p. 60. Hisp. Sacr.

(*b*) Discere hinc potes, indigenam fuisse Echeriam hujus, de qua loquimur Provinciæ: hanc enim occiduus aluit occeanus: & Valerius ipse hujus occiduæ plagæ (in qua ipse degebat) extremitatem nominat, cum de Echeriæ agit in Orientem profectione. Supra num. 1. Flor. hic.

animam innocuam *præpararet.* [1] Hic se exerevit ultronea libertate peregrinam, ut in choro Sanctarum Virginum cum gloriosa Cœli Regina, Domini genitrice Maria, ætherea hæreditaret regna. Interdum dilectissimi, quia ultro nos vovimus in religionis habitu fideliter Domino deservire; ac si non *valemus* [2] hujus ineffabilis exempli tantæ feminæ meritis æquiparando gratiam Domini promereri, tamen quia multæ sunt viæ meritorum, quæ ad unam patriam *pergunt* [3] regni Cœlorum; in quantum opitulante Domino virtus *subsisterit*, [4] in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, crebrisque orationibus, atque diverso regulari officiositatis exercitio, sic nos debemus die, *nocteque* [5] infatigabiliter *præparare*, [6] ab omnibusque illicitis voluptatibus, & mundanis illæcebris, atque diversis flagitiis abstinere: ne forte dum sub negligentia hoc exiguum temporis spatium expendimus, tum quando illa cum Sanctis Virginibus illic, ubi in hac vita pedibus peregrinavit, venienti Domino clarificæ Sanctitatis Oleo flagrante lampade, cum cæteris Sanctis in medio ære, cum omni gaudio occurrerit; nos (*quippe*), [7] quod absit, januis clausis, fuscatis lampadibus, foras exclusi, atque nequiter abjecti remaneamus, & frustra introitum vitæ poscamus; qui adventum Domini cum *desiderii torpore* [8] segniter expectamus. Reminiscamus Domini nostri verba dicentis: *ambulate dum lucem habetis: ne tenebræ vos compræhendant*: Et, *qui perseveravit usque in finem, hic salvus erit.* Quia *qualis* [9] *hinc* quis agreditur, *talis* in judicio præsentatur, ut recipiat unusquisque secundum opera sua (*a*). ITEM

(*a*) Hic adjecit ad calcem Epistolæ CL. Florezius Acrostica Inscriptio cui titulus *Epitameron consummationis libri Hujus*. Vid. Tom. XVI. pág. 370.

[1] *Got.* repararet.

[2] *Got.* prævaleamus.

[3] *Got.* tendunt.

[4] *Cod. Got.* Substiterit.

[5] *Got.* noctuque.

[6] *Got.* reparare.

[7] Quippe *est in Got.*

[8] *Cod. Got.* desidioso torpore.

[9] *Ms.* qualiter hic... taliter. *Sed melius Cod. Got.* qualis hinc quisque.

ITEM DICTA BEATI VALERII,

ad Beatum Dona-Deum.

1 Et ut de his duabus, retributionibus sæpe dictis, manifestius pateat, quod modo nostris temporibus per divinam comperi dispensationem, tuæ procuro Sanctitudini intimare. Dum olim adhuc adolescentulus á terra nativitatis meæ flamma desiderii Sacræ Religionis accensus ad *eadem* [1] quietis loca festinans fuissem ingressus, contigit, ut in quadam magnæ dispositionis Ecclesia, in qua erat plerumque Congregatio fratrum, aliquanto tempore *commorarem*, [2] inter quos erat quidam frater nomine *Maximus*, librorum scriptor, psalmodiæ meditator, valde prudens, & in omni sua actione compositus, in cujus, præ cæteris eram charitatis amore connexius. Provenit ut eodem tempore gravi invalescente ægritudine, corporali molestia percussus moreretur; & post multa horarum spatia, iterum reverteretur in corpore. Sic denique pristinam recipiens salutem, mihi per ordinem referebat: statim ut egressus sum è corpore susceptus sum ab Angelo lucis; cujus pulchritudinis comparationem non valeo enarrare: & perductus sum in amœnissimum locum; cujus venustissimi decoris speciem, nulla hujus mundi pars, nec verno tempore potest habere similem, nec ulla cogitatio ejus comparationem potest adhibere. Nam præclara lux *inenarrabile* [3] splendiflui candoris ibidem præfulgebat *claritate.* [4] Præcedens *etiam* ipse & ego subsequens per ejusdem Paradisi delitias; diversarum namque herbarum totus ille facundissimus pagus varia *immar-*

[1] ejusdem. *Emil.*

[2] *Fl.* commoraf. em.

[3] *Ms.* innenarrabîlem.... claritatem præfulgubat. Fl.

[4] *Ms.* precedens est ipse.

marcessibilium [1] florum specie erat picturatus, rosarum rutilante rubore, liliorum præmicante candore, purpureo croceo, diversoque indiscreto colore, cuncta præfulgebant corusco radiante decore. Stupens cernebam hinc indeque; *perspiquos* [2] *argium* (*a*) multiplices per totum dispositos nemorum saltus venustissimæ admirationis vigore fœcundos: vernansque micabat universarum ineffabilis, pulchritudo eximis præmicantibus rutilabat ligustris, atque egregia redolens mulcebat timiama suavitatis; nectareoque flammine aromatizans flagrabat ambroseus odor. Dum hæc cuncta cæteraque inenarrabilia, quæ nec *os hominum* [3] sufficit ad loquendum; nec cor hominum cogitationibus queat comprehendere, insolito stupore mirarent; pervenimus in medium ejusdem siderei paradisi: ubi miræ pulchritudinis almificus decurrebat rivus. In quo venustissimi candoris aqua super *argentea* [4] relucebat arena. Et sic ait ad me Angelus: gusta de hac aqua. Erat enim egregii, & inenarrabilis saporis, & velut balsamum flagrans. Iterum dixit: habet terra tua talem aquam? & ego respondi: terra illa nihil in se bonum habet. Et educens me per illa amœnissima loca, pervenimus ad extremum. Itaque dixit mihi: placet tibi locus iste? aut si habet terra tua talem amœnitatem, vel si vis hic habitare. Ego vero osculans pedes ejus, respondi dicens: volo Domine hic semper tecum permanere, quia terra mea execrabilis, & infanda est, nihil in se bonum habens, nisi scandalum, & perditionem.

2 Post hæc perducens me ad extremum, deficien-

[1] *Ms.* immarcesibilia.

[2] *Ms.* perspicuo.

[3] meum. Fl.

[4] *Ms.* argentarea.

(*a*) Omnes codices corrupti sunt, inquit Florez: Sunt autem Argas spinosa virgulta, ut ipse innuit Valerius in S. Fructuosi Vita n. 4.

ciente terra, ostendit mihi horrendam, atque terribilem abyssum: (erat autem excisa terra deorsum usque ad profundum inferni) & dixit ad me: inclina modo aurem tuam in hoc præcipicio: & inclinans me ad illum horridissimum profundum, nihil poteram videre, quia nebula tenebrosa ascendebat inde in altum, ut pro muro videretur ejusdem paradisi. Intendens igitur deorsum auscultabam; & nihil aliud audivi, nisi ullullatum, gemitum, lamentum, & luctum, stridorem dentium: & fœtor qui ascendebat intolerabilis, & horrendus. Nimio namque pavore perterritus, exclamavi ad eum dicens: Domine, tene me, ne cadam. At ille dixit, non timeas, quia non cadis modo: surge nunc: cumque me erexissem; tremens, & pavens adsisterem, dixit mihi: quid tibi magis placet ex his? illa amœnitas, quam prius vidisti, am iste infernus quem novissime intuitus est? Et ego respondi: hoc mihi placet, ut in ista amœnitate tecum permaneam, quia ad illum pessimum infernum nec respicere possum. Ille igitur dixit mihi bene: vadens modo reverte in domum tuam, & si bene egeris, beneque pœnitueris, mox iterum *cum* reversus fueris in isto amœnitatis loco te suscipiam, & mecum permanebis usque in æternum. Si autem nequiter egeris, & non pœnitendo emendaveris vitam tuam (*a*), (*mox dum iterum perversus fueris*) statim in hujus pessimi inferni perpetuo præcipitaveris interitu.

3 Ego vero hæc audiens, prostravi me ad pedes ejus, deprecans, & dicens: Domine, fac in me misericordiam, ut me ad terram illam iniquissi-

(*a*) Uncis inclusa verba in Carracedensi, & Toletano Ms. desiderantur. Extant in Emil. atque altero Tolet.

simam non remittas, quia hic tecum esse desidero. Sed nec possum, nec scio ubi redeam. Et ille dixit: si non scis quo revertaris, ego tibi *ostendam*: [1] vides viam in monte illo? vade per illam: & cum pertransieris ipsum montem, invenies tres viros; unum scribentem, alterum dictantem, tertium autem bacciculum tenentem. Cum autem perveneris ad eos, illum saluta qui baculum tenet, & ipse ostendet tibi viam per quam ambules. Hæc audiens, cum jam contradicere non auderem, direxi eadem via alacri velocitate; & perveniens ad illos tres viros quos audieram, salutavi illum, quem jusserat; & ostendens mihi dixit: hac via perge: dum autem velociter carperem iter, subito aperiens oculos, & ecce collecta vicinitas mea exhibentes exequias, corpusculum meum in medio positum funeris ex more redebant officium. Qui statim in infirmitate convaluit; & aliquanto tempore in hoc sæculo vixit: agens demum pœnitentiam, iterum migravi è corpore.

[1] ostendo. Flor.

Item: alia de Bonnello Monacho:

Hæc igitur (tuæ) beatitudine narrans, aliud hujusmodi simile reminiscor.

1 Quidam religiosus nomine *Bonnellus* olim ad me veniens, cum summi angoris mœroresque nunc tibi dicturus sum ante primi ergastuli mei fenestram, cuncta enarravit ad singula. Dicebat enim: quoniam cum pridem essem in arctissima *retrussionis* mancipatus claustra; & cum summa diligentia judicium Domini pertimescens me acerrima macerarent abstinentia, atque cuncta devotionis meæ exercitia cum ingenti fungerem pe-

nuria; quadam vero die in extasi raptus, ab Angelo perductus sum in amœnissimum jucunditatis locum: ibique introduxit me in cellulam ex auro purissimo, lapidibus præmicantibus, atque diversis coruscantibus gemmis, & margaritis constructam. Miro modo, & ipsa species, & in lateribus ejus hin indeque in voluminibus zetulæ, exstructæ, atque cameræ, cunctaque præ rutilo auri fulgere, ac vario colore falera ornamentorum ex pretiosissimis præmicantibus lapidibus, & margaritis, *instar* [1] immensi luminis radiabat. Quid multa dicam, aut quid cogitem? Nam habitaculi hujus, atque loci illius pulchritudo inæstimabilis, & incomparabilis est: quoniam nec os hominis hoc, nec cogitatio laudibus comprehendere valet. Sic denique ait ad me Angelus ille: *si perseveraveris usque in finem, in hac te habitatione suscipiam.*

2 Post hæc igitur aliquanto tempore transacto accidiæ vagationis pessimo vehementer infestante spiritu, inutili levitate commotus, pristinum egrediens, deserui [2] habitaculum. Hinc demum factus in excessu mentis, atque iterum in extasi raptus ab Angelo maligno, & præcipitatus sum in abyssum in quo non erat putei introitus, sed sicut *pinnacula* [3] aut abscisa terra deorsum. Et cum in primo impetu descendissem, sicut lapsis dimissus in profundum, per immensum spatium, de inhærente *primi modici gradu* [4] retinaculo in ejusdem procerrimo parietis lateribus restiti: & cum ibidem paululum reanimarem, facta est vox dicentis; *vadat*: & iterum præcipitatus, descendi plus prolixum spatium. Et restiti secundo in ampliori aliquantulum gradu; ibi inveni quendam pauperem, quem statim cognovi, qui dudum venerat ad prædictam retrussionem

[1] jubar.

[2] *Ms.* deserens. participium pro verbo, seu *ns.* pro *vi.*

[3] *Fl.* pinaculum.

[4] *Fl.* in modici gradus retinaculo in ejusdem.

nem meam infirmus, atque mendicans: & tenui eum apud me multis diebus. Et pro ministrantibus mihi, serviens illi de ipsa substantiola, quæ pro bonis hominibus pietas Domini ministrabat; refeci animam ejus fame collapsam, quousque ad pristinam rediret *salutem.* [1] Ipse rogavit pro me iniquos & crudeles exequutores, qui me ducebant, mihi *ullum* [2] modicum spatium ibidem largirentur.

[1] *Fl.* sanitatem.

[2] vel modicum *Fl.*

3 Et dum me parum peranimarem, iterum audita est vox clamantis: *vadat*, *vadat*: & tertio præcipitatus descendi dupla proceritate altitudinis, quousque pervenirem in profundum inferni: & sic perduxerunt me ante conspectum impiissimi diaboli. Erat autem terribilis, & metuendus; fortissimis vinctus catenis. Et in hujus capitis avis ferrea in similitudinem corvi sedebat; in qua summitas illius cathenarum hærebat. De immensitate autem pœnarum quantum valuero recordare, intimabo ut ille dicebat. Ardebat autem immensus, & inenarrabilis ignis, velut pinguissima ardens tæda. Et super ignem illum, vicinum erat & non satis altum, tegimen, & similitudinem eramenti, in quo exundans flamma impingebat. Ex illo namque igne, exibat inundans piceus maris, qui immensum occupabat pagum. Quod ebulliens crudeli ac durissimo fervore fluctuabat. Cum autem adstarem in conspectu illius atrocissimi judicis, subito advenere tres Angeli iniquissimi: unus ex illis erat immanissimus Gigans; ille secundus subminor, usque ad humeros ejus: ille tertius pusillus, usque ad medium: illi autem duo obtulerunt duas animas peccatorum. Ille vero exiguus nihil exhibuit, unde vehementissime increpavit eum, & præcepit illis, qui illas animas adduxerant, ut eas in illo durissimo igne projicerent, & ita fecere.

Post

Post hæc autem perduxere me inferius juxta illud mare igneum; & ostendere mihi inferiorem puteum abyssi, qui est gravior, atque crudelior omnium pœnarum. Cum autem à pavore perterritus non auderem intus inspicere, insurrexere *multi arcistes* (a), & cœpere me sagittare. Sagittas vero eorum quasi guttas aquæ frigidæ sentiebam. Et cum signaculo crucis resisterem illis in circuitu, venit qui me abstulit de iniqua eorum dominatione, & huic supernæ luci restituit. Postquam hæc cuncta retulit, dicebat: volo mihi talem facere retrussionem, quæ solum meum habeat statum amplitudinis utraque parte; quia valde timeo ne in tam pessima ruina ultra incidam. *Et* [1] ego dixi illi; ipsum sume initium, quem usque in finem sine desperationis discrimine, libere perducas ad perfectionem: scriptum est enim: potius est bonum non inchoare propositum, quam ipsum perducere ad detestabilem terminum. Hinc ergo perrexit ad Legionem Civitatem; retruxitque se iterum ad corpora Sanctorum Martyrum, & usque hodie ibidem perseverat.

[1] *Ms.* quod.

Item de cœlesti revelatione.

1 D*um* [2] olim sanctæ memoriæ Beatissimus Fructuosus in exordio suæ almificæ conversionis per hujus nostræ cohabitationis hæremi recessus, vastasque solitudines, per *diversas rupes*, *speluncas* [3] atque alpium convalles hæremiticam duceret vitam; adinstarque orientalium Monachorum in omni abstinentia, & *sanctis exercitiis* [4] degens, ita gloriosis virtutum prodigiis perfectus emi-

[2] *Flor.* cum olim.

[3] *Ms.* per diversis rupibus, speluncis.

[4] *Ms.* Sancta exercitia.

(a) i. e. Sagitari.

emicuit, ut antiquis Thebeis Patribus se facile (*a*) coæquaret: in illis vero temporibus habuit secum quendam puerulum lapidum instructura peritum nomine *Baldari*, qui illi per antra quæ in accessibilibus erant *locis* [1] posita, viam ex lapidibus construebat; quod eodem mihi ad singulas referente cognovi; qui usque hodie jam in senile degit ætate; quod ipse (*b*) melius nosti. Ante hos paucos dies hunc, quem tibi nunc loqui desidero, ipse tremens, atque cum nimio stuporis fluctuante singulto mihi ennarravit miraculum quod per eum pro nostra ædificatione omnipotens Dominus modo intra præsentis anni jussit demonstrare *curriculam.* [2]

2 Cum autem, inquit, gravi ægritudine oppressus jacerem exanimis prætereunte noctis spatio, exurgente lucis crepusculo anima mea egressa è corpore suscepta est à tribus splendidissimis columbis; ex quibus una super caput, crucis gestabat vexillum. Cumque me rapuissent in omni velocitate, altitudinem aeris penetravimus, partem orientis occupantes. Primo diluculo super astra Cœli pervenimus: Ibi:::: [3] scilicet induxere me in excelsum miræ pulchritudinis montem, qui innumerabilium candidatorum erat coopertus caterva seniorum. Inter quos deducentes perduxerunt me ante conspectum Majestatis Domini. Cum autem stupens, & admirans cernerem eum in throno gloriæ suæ præsidentem, & innumerabili multitudine circumstante, interrogavi, quis est iste tam potens, qui solus inter tanta agmina potestatum sedet? Et dixere: ipse est Dominus noster Jesus-Christus. Dum autem in-

[1] *Fl.* locii.

[2] *Ms.* curriculo.

[3] *Ms.* varia scil.

(*a*) Vide quæ in S. Fructuosi vita diximus.
(*b*) i. e. Abbas Donadeus.

insolito stupore mirarem tantam ineffabilis, & immensæ pulchritudinis gloriam; cujus similitudinem nec possum cogitare, nec valeo ennarrare, quia inæstimabilis est: post hæc igitur dixit Dominus illis qui me exhibuerant: reducite eum ad corpus suum, quia nondum completum est tempus ejus. Cum autem me educerent, ait illis Dominus: sustinete modicum, quia sol ascendet donec pertranseat, ne eum radia solis exæstuent. Dum autem sustineremus, ecce ascendebat sol ab oriente sub nos summa velocitate percurrens, ignifero fulgore rutilans, atque coruscans immenso candore radiabat: cujus immanis gyri glomerata rotunditas incomparabilis erat. Ante ipsum:::: [1] ibi præcedens ingenti magnitudine avis rufa, & desuper posteriora ejus fusco colore fuscata, sæpe revoluto alarum remigio crepitanti fragore impulso aere temperabat exæstuantem ejusdem solis ardorem. Quæ alacri velocitate properans præteriit: post cujus terribilis vissionis abscessum cœpimus remeare deorsum, atque toto mentis obtutu universum conspicere mundum, mare, & fluminibus variatum. Urbiumque mœniis, ecclesiis, montium rupibus, atque diversis ædificiis summo decore faleratum:::: [2] Dum diutius adtenderem descendens, subito revertens in corpore aperui oculos, & præsentibus aufferens luctum, adepti sunt consolationis gaudia (*a*).

HIC

[1] *Fl.* autem *cui deest adverv.* ibi.

[2] *Fl. addit.* hominibus, diversisque nationibus refertum.

(*a*) Hic sequuntur in Florezii tomo 16. suæ Hispaniæ Sacræ reliqua. D. Valerii opera, quæ in nostro desiderantur codice: & sunt ejusmodi.

De Monachorum pœnitentia.

Dicta S. Valerii de Genere Monachorum.

It. Narrationes.

It. Replicatio Sermonum à prima conversione.

It. Residuum de querimoniis.

HIC TITULUS SEQUEBATUR in exemplari Carracedensi.

Sequitur nuperrima editio de vana sæculi sapientia (a).

Quæso ut non falera ornamentorum, neque pompam excelsorum inquiras *verborum*, [1] neque impiorum adtendas per singulorum *discedentium* [2] temporum ordinem rerum: dum stupenda iniquorum hujus sæculi dementia, quod stulti estimant esse prudentiam, tuam almifice pater (*b*) confisus simplici sermone adloqui cupio beatitudinem.

1 Cum autem in exordium mundi post ruinam angelicæ prævaricationis præparasset Dominus inferni claustra, cum immensis, atque infinitis atrocissimis pœnarum suppliciis diabolo, & angelis ejus; & inenarrabilem pulchritudinis amœnitatem paradisi cum ineffabilibus, atque immensis deliciis præparasset primo homini cum filiis ejus; crudeli stimulatus zelo atrocitatis sævissimus inimicus, flamma invidiæ magis magisque succensus, ne illa pars quæ per superbiam ruerat Angelorum de hominibus *repararetur*, [3] ita præstigio prævaricationis suæ invidens obligavit genus humanum, ut obliviscens derelin-

[1] *Ms.* verba.

[2] *Ms.* dicentium.

[3] *Fl.* reparetur.

(*a*) Opusculum *de vana sæculi sapientia* sunt qui Braulioni Cæsaraugustano tribuant, sed falso; cum dubio procul S. Valerii Montensis sit: extat etiam in Æmilianensi, in duobus Toletanis, quorum alter ineunte sæculo X. exaratus fuit ut dicit Cl. Bajerius Bibl. Hispan. Vet. lib. V. cap. VII. n. 369.

(*b*) i. e. Abbas Dona-Deus.

linqueret Dominum creatorem suum: & adorans excoleret diabolum in sculptilibus vanis, & inanibus simulacris.

2 Videns igitur omnipotens Deus Dominus ignorantiam cœcitatis, atque stultitiam prævaricationis humanæ, missit unigenitum filium suum in hunc mundum; qui dum tamquam sol oriens præ fulgore claritatis suæ universas mundi effugavit tenebras, ita Salvator noster primo incarnationis suæ adventu, sumptam humanæ naturæ ex virgine *induens*[1] *carnem*, & periturum, ignorantiæque tenebrosum, sua præmicante claritate illuminavit mundum: eumque velut parvulum nutrix gremio gestans, & pœdagoga alimoniæ enutriens: doctis patrum exemplis fovendo, mirabiliorumque prodigiis mulcens virtutum, de fluctu vagi maris naufragio ereptum, ad ceptum perduxit fidei portum: sancta vero Evangeliorum documenta quæ ore protulit, cuncta opere complevit; suam vero ecclesiam passione redemit, pretio sanguinis comparavit, crucis trophæo munivit, morte sua mortis interitum peremit: atque resurrectione sua fiduciam humanæ resurrectionis, & spem vitæ æternæ patefecit in ascensione. *Viam salutis cunctis fidelibus præcedens ostendit* (*a*). Inde venturum se ad judicium terribile evangelica voce prædixit.

3 Ante Ascensionem vero suam cœtum Apostolorum Sanctorum discipulorum suorum, quos attentius docuit, & perfectius erudivit, ad residuas mundi *ignorantiæ*[2] tenebras missit: qui magistri, & Domini sui sequentes exemplum, dividentes sibi cunctis ævi *pauperibus*[3] egressi Spiritu Sancto repleti, per atram sæculi cœcita-

ta-

[1] *Fl.* Inducens.

[2] *Ms.* ignorantias.

[3] *Fl.* partibus.

(*a*) Hæc in Florezii editione desiderantur.

tatem velut lampades accensæ universum mundum illuminantes lustravere orbem terrarum: Verbum Dei prædicantes docuere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Beatissimæ Trinitatis. Qui Ecclesiam Catholicam multiplicantes in ordine honoris sui; Sanctos constituentes Pontifices, cum martyrii palma, triumphique victoria, Domini ac Magistri sui sequentes vestigia, atque cum eodem in regno cœleste æterna nunc exultant in gloria.

4 Quorum immensa Martyrum agmina sequentes exempla, à sene usque ad infantem, pueruli, & juvenes, & adolescentes, & virgines, & viduæ, cæteræque feminæ virorum copula nubentes, cunctas mundi divitias respuentes, omnemque carnalem parentelam, atque hæreditatem terrenam quasi stercora despicientes, non solum ex plebejo cœtu vulgali conversatione degentes, sed & Pontifices, & Reges, & Duces, atque diversi sæculi Potentes. Inter quos quantum nostra *posse* [1] potuit ineptia, pauca de plurimis distinguemus nomina: id est, de Pontificali Sacerdotii culmine immensus est numerus. De regali vero fastigio, meminimus Cæsarem nomine Chrispum: Regem Gothorum Ermenegildum; Regemque Barbarorum Aucuja, Hypolitum Ducem, & Georgium Comitem, & Reginam nomine Alexandriam, qui cum diversis supra præfatis, desserentes thesauros, & prædia; atque cunctam immensam opulentiam, cæteraque falera, ac voluptuosam sæculi pompam: persequutionis attrocitate acriter irruente, ultro se persequutoribus, atque carnificibus offerentes, tradidere violentis corpora sua tormentis; ignibus, & feris, & æculeis, & ungulis, & carceribus, & lapidibus, & flagellis, & gladiis, cæte-

[1] *Fl.* nosse.

terisque pœnarum generibus. Quoniam propterea hic suis non miserti sunt membris, sed hoc mortale, atque corruptibile corpus in interitu traddiderunt, ut illud perpetuum immortaleque Angelicæ claritatis compar corpus á Domino reciperent, in gloria sempiterna peremniter *permansuri.* [1] Proindeque exultantes tradidere animas suas in morte, ut cum triumpho victoriæ, & palma virtutis, ad regnum ascendentes cœleste, à Domino coronas immarcessibiles, atque splendifluæ claritatis stolas vitæ æternæ præciperent. Propterea putredine divitiarum perituros que thesauros despexere, in hoc mundo, ut immensum, & infinitum thesaurum possiderent in regno Cœlorum. Propterea enim conjugia, & carnalem parentelam, atque transitoriam hæreditatem terrenam execrantes, despexere tamquam stercora; ut in illa inenarrabili vitæ perpetuæ gloria infinita, consortium perciperent Angelorum, & cum quibus regnantes exultabunt in sæcula sæculorum. Amen.

1 *Ms.* permansurum.

5 Post eorum vero triumphi victoriam Monachorum: & puellarum sancta constructa sunt Cœnobia: in quibus utroque sexu genere nobiles, & divitiarum facultatibus locupletes, despicientes sæculi lacivientis delectamenta, atque illæcebrantem mundanæ delitiæ opulentiam quasi nihilum reputantes; quod mundi est, mundo derelinquentes, & nihil sibi proprium vindicantes, suis propriis famulis, ac diversis villibus comparantes effecti personis; & sub leni Redemptoris jugo cervicem cordis ædomantes; seminudi, expeditique, fidei ardore succensi, alacri nisu ferventes servitio se Domini manciparunt.

6. Alii similiter sæcularem conversationem desserentes, sic fecere orientales Thebæi Patres,

ad

ad deserta, vastasque solitudines confugientes, parvisque & angustiis tuguriis inhærentes, atque per antra, & diversis terræ cavernis permanentes, & hirsutis pelibus induentes, in solo pane, & aqua viventes. Alii autem ita sæculi vanitatem relinquentes, ad hæremi deserta confugerunt, ut omnem occursionem, atque subministrationem humanam omnino refellerent: & nulla habitacula, aut sedes proprias habentes nisi per diversas solitudines inter bestias, atque diversa ferarum genera singulatim, solitariique divagantes; ubi unamquemque eorum nox occupasset, manebat; herbis, herbarumque radicibus vescentes, usque ad finem vitæ præsentis in ipsa necessitudinis penuria durantes permansere. Hic illi, qui supra præfati, in omni abstinentia degentes, vigiliis, & jejuniis, & orationibus sine intermissione; atque diversæ artis operibus vaccantes, cunctisque Religionis exercitiis, & Psalmodiæ officiis jugiter studentes, humiliantesque se usque ad mortem, viam angustam arripientes, arctam martyrii tenuere vitam; sic scriptum est quia duo sunt martyrii genera: unum in occulto, alterum quoque in publico: martyrii meritum in occulto est, cum virtus ad Passionem prompta flagrat in animo; & qui occulti hostis insidias tolerantes, suosque in hoc mundo adversarios diligentes & cunctis carnalibus desideriis resistentes, omnisque lascivientis sæculi illæcebras respuentes, atque in rigore abstinentiæ degentes, & cuncta exercitii spiritualis studia exercentes; per hoc quod se Omnipotenti Deo incordes mactavere, etiam pacis tempore martyres fuere, & similes cum primis Martyribus victoriæ palmas, atque immarcessibiles coronas accepere, qui usque ad finem hujus vitæ in occulta martyrii contritione perseveravere.

Hoc

Hoc autem interdum mirum est; quod illis temporibus homines initio Catholicæ Fidei imminente, nec dum perfecte documentis veritatis instructi, sed tantum credulitatis exordium indepti, ardore fidei ferventes, perfecte martyrii tropæo, diversoque confessionis bravio *agnoscentes* [1] & feliciter triumphantes, victores regna cœlestia penetrarunt.

[1] *Flor.* Agonizantes.

7 Nostris vero temporibus homines veteris & novi Testamenti peritia diligenter imbuti; & quotidie Dominum evangelica voce audiunt clamantem, & dicentem: *venite ad me omnes* qui *laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos: tollite jugum meum super vos: & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris.* Denique regnum cœlorum, & paradisum delitiarum, & consortium Angelorum, & vitam æternam, & retributionem justorum non ignorant: adventum autem Domini, & judicium ejus proculdubio noverunt esse venturum: infernum enim pessimum, & tartarorum, tenebrosum, ignem æternum, & vermen immortalem, tormenta non finienda, ullulatum, gemitum, & stridorem dentium. Et ne forte inferni non crederentur attrocissima esse incendia sacra teste fateor scriptura; quia præ cæteris locis in Siciliæ terræ insula per illam horrendam, & pessimam vulcani ollam *horribilis vorago* [2] de profundo abyssi super illam terram sævissimam *eructat flammam* ut qui inferni incendia non credunt, audita, saltim pertimescant vel vissa.

[2] *Ms.* horribili voragine::: eructabat flamma.

8. (*a*) Crebro audivimus evangelium dicens: quod

(*a*) Flor. In Tol. Gotico adest. hic titulus: *De Judicio, & d extris*, qui in nostro sicut in aliis desideratur.

quod ii, qui ad dexteram metuendæ magestatis Domini judicantis, & ad ejus terribile tribunal constituendi sunt justi in angelica transformati specie, quorum vultus fulgebit sicut oriens sol radiat in virtute sua, atque nibeo vibranti candore, induti stolis in conspectu Domini præmicantes, in gloria luciflui candoris adstantes, audient illam suavem Domini vocem dicentis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi, & cætera.* Hi autem qui ad sinistram consistent, audient illam terribilem ac truculentam Domini vocem, dicentis: *recedite à me maledicti, & ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis ejus.* Tunc præ magnitudine judicantis excinditur vallis illa lacrymarum, quæ dicitur: Josaphat, & apparebit verax ille pessimus lacus igne, & pice, vitumine, & sulphure inter undas flammarumque procellas ebulliens fervoribus glomeratis, inquietus, & immortalibus vermibus plenus; ad pœnarum interitum præparatus: ubi nulla misericordia, nec tenuis refrigerii aura reperitur. In quo una cum diabolo, & angelis ejus præcipitabuntur omnes impii iniqui, seu peccatores, atque injusti: tunc jussu Domini desuper reclaudetur terra, & remanebunt infœlices in illis exterioribus tenebris, & diversis, atque iniquis tormentorum supplicis infinitis. Et sic ardebunt usque in sempiternum, ut quærant, atque desiderent finem mortis, & invenire non possint. Quia mors erit sine morte, & defectus indeficiens, & finis infinitus. Post hæc autem erit cœlum novum, & terra nova, præfulgens splendidior septies argento; & lux explendiflui, atque immensi candoris radians claritate perpetua, absque aliquo noctivago fuscante lubrico permanebit in æternum.

Tunc

9. Tunc illa inæstimabilis sancta patebit cœlestis civitas Hierusalem, gloriosa ex auro purissimo; immensæ magnitudinis murorum munitione constructa; omnique lapide prætioso perspicua pulchritudine exornata: per quadras autem quatuor partes ternis firmatas claustris, & per singulas duodeno numero portas ex singulis constructis corusco fulgore præmicantibus margaritis, cum summa lætitia exultationis cuncti ingredientur Hierusalem Dei omnipotentis, atque purissimis, & innocuis gressibus auro purissimo vibrantibus gradientur plateis. Sicque eximia venustate glorificati adorabunt Dominum Creatorem suum in suæ excellentissimæ majestatis inenarrabili claritate, throno gloriæ præfulgentem. Sic denique singuli virtutum suarum *compares* [1] meritorum, *egregiis* [2] continuo conglomerati choris, singulorum illic collocabuntur græmiis siderearum mansionum atque inter inenarrabiles illas nemorum, & herbarum perspicuo virore, & venustissima fœcunditate perpetuo flore vernantes, ambroseique aromatis nectareo odore flagrantes, & exumbrantes diversas paradisi delitiarum amœnitates, cunctaque immensa illa regni cœlestis præfulgurante gloria, quod humana non potest stimare fragilitas. In quibus omnes in prima juventutis vernante æstate, atque in Angelicæ claritatis transformati specie præmicantes; exultabunt in sempiternæ vitæ peremni proceritate, laudantes Dominum Creatorem omnium, cum quo sine fine regnabunt per infinita sæcula sæculorum. Amen.

10. Quæso igitur ut unusquisque qui sanum sapit, adtendat quanta sit stultitia in eo, qui se gloriatur sæculi habere sapientiam, aut *quanta* [3] est infima mendicitas per inexplebilem voraginis cupiditatem hujus mundi perituras adgregare di-

[1] *Ms.* Comparantes.

[2] *Ms.* Et regiis.

[3] *Ms.* quantum est.

divitias, cum omnes incunctanter noverint in regno Cœlorum immensi thesauri præmio justis esse repositum; & æternum pœnarum interitum in profundum inferni injustis esse præparatum. Atque cum unicuique hominum data sit proprii arbitrii libertas super terram, ut de his duabus partibus sursum ac deorsum, quam quisque elegerit, possideat: similiter & duæ viæ constitutæ sunt nobis, id est arcta & angusta, quæ ducunt ad regnum Cœlorum, & lata, & spatiosa, quæ ducunt ad infanda supplicia inferorum; ut quam quisque incederit, ambulet in ea. Iter angustum est, ut se homo in humiliationem corporis, & constrictionem cordis in omni abstinentiæ rigore coarctans, omnia quæ mala sunt respuat: & quæque sunt bona, & Deo placita instanter peragat. Atque quodcumque in se non vult fieri, cuiquam fiat; sed quod in se desiderat evenire; hoc in alio sine dolo desideret. Lata vero, & spatiosa via est, voluptuosa & execrabilis carnis corruptio, atque lascivia, temeratrixque probrosa flagitiorum, criminum, facinerum peccatorum mortis obnoxia. Videamus nunc denique, atque diligentius corde pensemus, qualis est ista quæ ab stultis sæpe laudatur mundi sapientia, ut viam vitæ æternæ voluntarie relinquant, & viam mortis perpetuæ gratanter incedant. Aut qualis est illa dementia, quæ in sæculo stimatur essse prudentia, ut cognoscant electos Dei veram sapientiam veraciter possidentes, universa mundi delectamenta tanquam stercora respuentes, & viam angustam arripientes, prævii pastoris Altissimi esse sæquipedas cum quo nunc exultant in rubro Cœlorum, & cum ipso regnabunt in sæcula sæculorum. Amen.

11. *Hic* [1] autem antiqui hostis versutissimam in- [1] *Emil.* Hi.

indepti peritiam, per insatiabilem, & execrandam sæculi aspiditatem, quæ est radix omnium malorum, per cunctaque illæcebrosa sævi criminis, atque immunditiæ facinora, ampla & spatiosa gradientes via; diabolica sequentes vestigia, alacres properant ad sempiterna incendia, ad diversa quæ Diabolo, & Angelis ejus præparata crudelissima inferorum genera tormentorum, cum quibus attrociter cruciabuntur per æterna sæcula sæculorum. Quæso ne quis, hæc quasi cum æditione adtendit nova, apochriphorum æstimet deliramenta; & quia de ingenti sanctarum scripturarum flumine, hæc exigua fideliter derivatur fluenta.

12. (*a*) Si infirmitas nobis molesta fuerit, non contristemur; si tanquam sine infirmitate, & molestia corporis non possimus stare, adorandum, & psallendum ad vocem. Hæc autem omnia nobis proficiunt ad destruenda corporis desideria. Quoniam jejunia, & labores propter turpes delectationes nobis constitutæ sunt. Si enim ægritudo ista redundet, & *superfluat* [1]: de his observandis ratio sit; sicut enim magno, & forti medicamine ægritudo, ita ægritudine corporis vitia reciduntur; & hæc est magna virtus, *cum* [2] *infirmitatibus* [3] tolerantia fuerit, & gratiarum actione mitatur ad Dominum. Si amittimus oculos, *non feramus quidem* [4], sed interioribus oculis gloriam Domini speculamus. Surdi facti sumus, non cogitemus, quoniam amissimus auditum vanum. Manus nostræ ex aliqua positione debilitatæ sunt, sed interiores paratas habemus adversus inimici tentationes. Infirmitas totum corpus nostrum te-

[1] *Ms.* Superflua ::: ratio sit.

[2] Fl. quando

[3] *Ms.* infirmitantibus.

[4] *Ms.* & non feramus graviter.

(*a*) Super Emil. Codic. videatur hic Florez tomo 16. pag. 378.

tenet, sed interiori homini nostro sanitas crescit.

Item ordo Querimoniæ præfatio discriminis.

1 Dum olim ego indignissimus peccator Astutiensis provintiæ indigena, intra adolescentiæ tempora mundialibus illæcebris occupatis, lucrisque terrenis inhians, vanis disciplinis intentus, per infirmas sæculi tenebras *curam* [1] eorum fræna laxarem; subito gratiæ divinæ desiderio coactus pro adipiscenda sacræ religionis crepundia, toto nisu mundivagi sæculi fretum adgrediens, velut navigio vectans, ad Complutensis cœnobii *lætus* [2] properans, *transmeare*; [3] immensi desiderii ardore succensus, atque futuri judicii timore perterritus, confidens per confessionis iter tandem ad lucem pertingere veritatis. Sed ideo mundani maris fluctibus oppressus atque ex dialico sæpe infestante flabro dire tempestatis procellis expulsus; desideratum non valui pertingere portum; necessitate compulsus *inter* [4] Asturicenses urbis, & Castripetrensis confinia, ad eremi deserta confugiens, juxta duritiem nequitiæ cordis mei reperi saxeum locum Deo sacratum, & eminente celsitudinis in montis cacumine situm, ab humana habitatione desertum; austeritate immensæ sterilitatis arentem; cunctæ argis densitate detersum, nulla nemoris amœnitate vernantem, nec herbarum fœcunditate conspicuum, denique cunctorum undique flabrorum diris imminentibus procellis impulsum sæpeque tempestivis aquarum imbribus, atque nibali immanitate infectum, cunctisque simul intolerabilis algoris rigoribus occupatum: cumque infœlici-

1 *Forte* Curæ.

2 *Ms.* lutus.

3 *Transmeavit* sensus postulat.

4 *Ms.* intus.

citatis meæ tot cladibus crebro cernerem experiri miseriam, simulque cunctis intuens meum infaustum animum adfligi penuriis, atque inenarrabilibus necessitatibus coartari, cuncta æquanimiter tollerans animo sustinebam : metuens scilicet ne cœpta desserendo, infima repeterem, scriptum est enim : quia nemo retrorsum noxia contempti vitans discrimina mundi aspiciens, salvandus erit : nec debet arator dignum opus exercens, vultum in sua terga vertere. Crebro igitur astutus inimicus ad decipiendum variis cogitationibus brutum pectus exagitat : ne gnaviter enim resistendum, atque vitaliter repugnandum est, ne quem aut falsæ justitiæ umbra decipiat, aut incerta mobilitas inutile levitate compellat semel cœpta desserere. Maxime quidem labor est, cum ad fastigia celsa contenditur ; nec potest ad summum apicem pervenire nisi totus in opere desudes agonizans dura, quæ delicatus animus nescit, adpetere. Nam prima est palma victoriæ, se ipsum subjiciendo superare, his quem usque ad contemptum mortis fidei calor, & spei futuræ infractum robur armaverit. In quibus verius dixerim ipse potius dimicavit, & vicit.

2 Cum hæc omnia prolixo jam tempore, opitulante Domino, tolerarem, post aliquantorum annorum intervallum, tandem christiana videlicet miseratio pietate commota cœpit se ibidem diversa utriusque sexus vulgi caterva confluens glomerare : mihi quoque infœlici adjutorium præbere, obsequium impendere, vel stipendia ministrare. Cumque jam summa necessitas suffragante Domini pietate, verteretur in voluntatem, illico insurgens quidam vir barbarus, valde lubricus, & cunctis levitatibus occupatus, *Flainus*, nomine, ejusdem Baseliculæ Presbyter, an-

antiqui hostis stimulus instigatus, invidiæ fascibus, magisque succensus, sicut mos *pravorum*[1] est invidere aliis, quod ipsi habere non adpetunt, ejusdem invidiæ tenebris cœcatus, insane sæviens, cœpit adversus pusillitatem meam odia maquinare, atque crebra prætendere impedimenta, sæpeque jacturam incutere. Cum vero quandoquidem ad eundem locum conveniebat cute teterrima (*sicut scriptum est, frons picea nigriore proprio depromitur*[2]) amictu truculentus velut sævissima bestia frendens magis pro contumelia subversionis meæ ad eundem locum accedebat, quam ut pacem charitatis, aut misericordiæ pronecteret pietatis. Cum hæc enim diutius agerentur, cœpit cor meum mœrore, atque angustiis fluctuare, cogitans qualiter possim ipsius æmuli discordiam vitare; atque vulgi inquietudinem declinare, vel cunctas illæcebras hujus sæculi impoluto calle transire.

Post hæc itaque pietatis Domini confisus virtute, in abditissima antiquæ solitudinis me contuli, quam quærebam. Cumque ibidem aliquanto tempore solitarius permanerem, nec sic à mea persecutione quievit ipse jam sæpe dictus pseudosacerdos. Nam libros quos de lege Domini, & sanctorum triumphis pro consolatione peregrinationis meæ, atque correctionis disciplinæ, vel scientiæ industria, ipse conscriberam, mihi prius cum ingenti contumelia abstulit. Postmodum vero, si per ipsius versutissmam supplantationis sæviriam, si autem per actoris sui diaboli instigante peritia, ille movit cui nulla latent abconsa. Nam crebro latronum attrocitate vastatus, & usque ad mortem diversorum scandalorum[3] injuriis humiliatus, cum pene extremo degerem spiritum.

Com-

[1] *Ms.* puerorum.

[2] *Ms.* depromit *sine parentesi.*

[3] *Videtur supplendum* suum.

3 Comperientes hæc fidelissimi Christiani mox adcurrentes licet invitum finem mortis desiderantem ab hujus cladis me eripientes periculo, & in supra memorato Petrense Castro, prædio quod nuncupatur *Ebronauto*,[1] ad aulam sanctorum usque perduxere. Post hæc igitur pristinæ solitudinis solitam quietem desiderans, cœpit anima mea rursum anxietudinum molestiis æstuare *publica habitatione*[2] horrens pavescerem: hoc cum summa ambitione elegi, ut erga sancta altaria me ergastulo manciparem, ut & quieti solitudine amplius non egerem; & pes meus commotionem ultra *foris*[3] exiret, atque ut per hæc præsente *Lautomiæ* (*a*) claustra ab æterno voraginis carcere me dextera divina sustolleret. Dum post sæpe dictas attroces discriminum penurias novissime huic habitaculo quievissem in ejusdem Basilicæ angulo angustis coarctatus, velut in pelago freti navis natantis sub tegmine carinæ in interioribus sentinæ tenebris obligatus, mundanæ tempestatis infestantibus flabris procellarum colissione adtritus, & ac si intermediis ipse sæculi fluctibus non perfecte, sed vel ex parte me aliquantulum recepisse retrussus congauderem, dudum adepta quiete, denique invidus inimicus antiquissimus hostis, qui piis operibus ab angue liboris malitiæ suæ permotus innumeris artium pristinis indesinenti conflictu impedire conatur, cœpit igitur prima congressione certaminis in nocturnis tenebris sonitum diræ vocis super me jugiter ingentem strepitum circitare, ut me quasi pavore perterritum irrite commoveret. Sed cum me cerneret in virtute Domini confidentem suo non posse terrore concu-

1 *Al.* Ebronanto.

2 *forte*: & cum publicam habitationem horrens.

3 *Ms.* fores.

(*a*) Lautomia navis species.

cutere; in signi furoris denuo insurgens attrocitate, adgregatisque satellitibus suis cœpit visibiliter infatigabili jugitate me acrius impugnare per unius fere anni spatium, seu amplius, aliter summe fortiter agonizans à mea subversione penitus non recessit.

4 Cum autem non per virtutem tolerantiæ meæ, sed potius per Omnipotentis Domini terribili fortitudinis increpatione tandem fugatus abscesisset; videns enim sævissimus adversarius perfidiæ suæ conatus frustra adhibitas, minime profecisse per supplantationem invisibilem fraudulenter illusionis suæ; adgressus est illustrem virum nomine *Ricemirum*, quem novit etiam ipsius esse prædii Dominum. Cumque ejus vicinum pertulisset imminere obitum, instigavit eum ut ipsum exiguum meum destrueret habitaculum, quod & protinus fecit. Ipsum namque statim diruens tugurium, & me simul ruentem quasi de cœlo ad inferna prolapsum, in sæculi rursum projecit theatro. Et dum in eodem evulsionis meæ locum Ecclesiæ sacrum niteretur construere altarium; hoc, videlicet, callida cogitatione elegit inimici persequentis instinctu, ut me quasi sæcularibus illæcebris captum multis opulentiæ stipendiis ditatum pro majoris ruinæ interitu ipsius Ecclesiæ ordinaret *Presbyterum*. Scriptum est enim: sic quippe servus Omnipotentis Domini metuit paupertatis suæ securitatem perdere; sicut avari divites solent perituras divitias custodire. Et iterum: tribulationem, *& miseriam invocabo*. Ut quomodo elatus invocat Dominum, sic Sanctus vir, & velator invictus ad exercendum se, & probandum, tribulationem, & miseriam invenire desiderat. Et rursum: exigua est ambitio, & parva requies, vel delectamen-

menta hujus mundi. Nec comparandum est futuri contemplatione supplicii. Nolite per vitæ præsentis mala, per occupationem, & *delectationem* [1] modicum ad futuri pœnam pervenire judicii. Quia vita præsens vanitas est, & honor, qui in ea suscipitur, temporalis, ac brevis mundi istius commoratio; cujus divitiæ sicut arena dissolvuntur. Beatus autem ille est cui Deus tribuit ut inculpabilem animam *istam* [2] factori omnium Deo conservet, ut valeat sincerus, ac innocens potentiæ illius proximare, ut talem eam exhibeat immaculatam, qualis ab eo dum susciperetur illata est. Nam miser ille vanus, & vacuus homo, qui vult modo latere in sæculo, & post modum gaudere cum Christo.

Beatius est quippe liberum exire, quam post vincula libertatem quærere: melius namque est laboriosam ducere vitam, quam abstinentiam trahere criminosam. Potius plerumque est peregrinantes, atque egentes de hoc sæculo migrare, quam per divitias hujus mundi laqueum erroris incurrere. Crebra quidem pullulat cupiditas sæculi ingens insatiata voracitas; sed magna & laudabilis est pietatis Domini misericordia, qui cunctos in se sperantes crebriori custodiæ proteget cura, & pauperes suos ab oppressionis sævissima redimet penuria, quæ potentium ab arce superbiæ dejecit insaniam. Et ut cœpti sermonis ordinem percurramus, dum supra memoratus Reccimirus præfatam perficere conaretur, Ecclesiam, necdum perfecta prædestinatæ constructionis fabrica repentino irruente interitu hac præsente crudeliter caruit vita. Et infœlicitatem meam in ipsa sæpe revoluta reliquit naufragia.

5 Cum igitur inter ipsa flucti vagi sæculi procellarum freta demum angoris mœroribus cre-

brius

[1] delectationem *desiderantur in Fl.*

[2] *forte melius* ita.

brius maceratus littoris niterer attingere portum; vetustissimus denique æmulus solitæ militiæ concitat odium, & novissimæ subversionis consuetum præparat impedimentum. Elegit namque nequissimum virum falsæ nuncupationis nomine *justum*; forma exiguæ pusillitatis tantillum, ac teterrimæ vissionis colore barbaricæ nationis Æthiopum; extrinsecus enim piccea cute, furbo sordens obtutu, in cordis vero arcana nigrior existit penitus corvo. Corpore quidem exiguum, sed criminum facinoribus copiosum. Hunc contra voluntatem meam me perniciter resistente ordinaverunt Presbyterum. Qui pro nulla alia electione ad hunc pervenit honorem, nisi quia per ipsum multifariæ dementiæ temeritatem, propter joci hilaritatem luxuriæ petulantis diversam adsumpsit scurrilitatem, atque musicæ comparationis liræ mulcente perducitur arte. Per quam multarum *domorum* [1] convivia voraci percurrente lascivia cunctilenæ modulamine plerumque psallendi adeptus est celebritatis melodiam. Post tanti honoris insana temeritate, injuste adeptam ordinationem, ausus est etiam per hipocresim simulationis, sanctam *temerare* Religionem. Nam publice in oculis hominum per simulatum habitum proferens sanctitatem, in occultis vero diabolicam operabatur iniquitatem.

6 Post novissimum itaque subversionis commonitionisque meæ naufragium ab omnibus relictus sum solus; & à nullo capiens consolationis auxilium, nisi unum tantummodo reperi Levitam Domini Christianum fidelissimum, cujus meritum vocabulum comitabatur suum, nomine *Simplicium*, qui cum nimia dilectione charitatis meæ in suum humiliter suscipiens hospitium; cumque eum summa obedientia familiari-

[1] *Ms.* dæmonum.

tatis in mei studeret obsequium; & nos tantum duo in quotidiano Ecclesiæ permaneremus officio, incitavit denique invidus diabolus ipsum sæpe dictum Sacerdotii oprobrium, ut etiam præ nimia invidiosæ malitiæ peste contra nos diu maquinans odium, multis supplantationibus fallacis amentiæ suæ incutere interetur impedimentum. Cum autem adjuvante Domino lædendi nobis nullum inveniret argumentum, flamma diabolicæ attrocitatis succensus in meam publice insilit contumeliam, & crebro coram multis mihi infandum conviciorum irrogavit scandalum. In tanta exarsit fræneticæ insaniæ dementia truculentius, atque inexplicabile ebrietatis temulentia irretitus, ut neque etiam nocturnis temporibus me permitteret esse quietum. Nam dum vel nocturno silentio me ejus confiderem evadere pestem; petulanti importunitati impudicus semper prorumpens, & mendicitatis meæ hospitium hora refectionis impudenter adiens, pro charitate consolationis mihi furibundus intulit jurgium attrocitatis, & nobis in charitate convescentibus, ille superbia vesaniæ suæ, atque ebrietate vexatus, velut canis invidens rabidus super nefanda convicia frendens stridore dentium, spumansque ore limphatico vaccabundus propriis me lacerare manibus nitebatur: in tanta exarsit odii cœcitate frustratus, atque invidiosæ nequitiæ flamma succensus, ut nec ante sacrosanctum pepercere altarium. Ibique me gravissimis injuriis inrrite confusum, nisi fratris intercessione fuissem ereptus, ferro me in conspectu multorum rabiens jugulare conabatur. Post tanti furoris insaniam tandem sedatam, sic denique in amentia versus, injustæ susceptionis ordinem oblitus, vulgari ritu in obscena theatricæ luxuriæ vertigine rotabatur; dum

dum circumductis huc illucque brachiis, alio in loco lascivos conglobans pedes, vestigiis ludribicantibus circuens tripudio compositis, & tremulis gressibus subsiliens nefaria cantilena mortiferæ ballimaciæ dira carmina canens, diabolicæ pestis exercebat luxuriam. Sic quippe exæstuans mersus vino, temulentia sepultus, ut æbrius patiatur sitim, & esuriem vomens: qui somno deditus, desidiosoque torpore obvolutus, non erat inter crebro psallentibus hymnus Dei ducentibus noctes. Nunquam tales pestes Christus habere dignatus est servos.

7 Interdum ad infaustum cordis mei crudele mœroris augmentum, dum ex eadem quam præfatus sum opulentissima domu, ex qua sicut pridem destructionis perpessus fueram commotionem, ita & solitam refectionis stipem, atque caritatis consolationem sæpe perciperem subito regia furoris sævissima inruente sententia, protinus memorata domus in attrocissima subversionis mittitur vastatione: ejusque proprii hæredes compræhensi procerrimæ captivitatis dirissimis religantur exiliis. Ego vero infœlix non solum inediæ exiguitate indignus: sed & subsidio consolationis destitutus remansi, acerrimæ necessitatis tambicam ducens vitam. Dum etiam numero viginti continuo annorum emerso spatio in sæpe prolatis dirissimis vitæ meæ periculis virium robore defessus, fatiscente jam corpore, omnium contritione membrorum tenuitate confectus, anhelans degerem: tandem, pietas divina, quæ numquam in se sperantes obliviscitur misereri, super ignavia infœlicitatis meæ, respiciens, ac videns exiguitatis meæ miseriam, in cœnoso sæculi gurgite suffocatum, prædestinavit congruentissimum additum ille pius Pastor, qui

pro ovibus suis tradidit animam suam, non deflexit velut de naufragio profundissimi maris perditam eripere ovem, & ad littoris sæpe desideratum perducere portum.

8 In finibus enim Bergidensis Territorii, inter cætera Monasteria juxta quoddam castellum, cujus *vetustus* [1] conditoris nomen edidit *Rupiana*; est hoc Monasterium, inter excelsorum Alpium convallia, à sanctæ memoriæ Beatissimo Fructuoso olim fundatum, in quo me divina pietas collocavit peremniter permansurum. Cumque in cellullam, quam sibi jam dictus Sanctus præparaverat Fructuosus, me denuo retruxissem: non cessavit invidus inimicus impedire propositum voluntatis meæ: nam cum ingenti furoris ingressus strepitu multas contra me tentationum adhibuit artes pessimas, & incessantes. Denique oranti mihi, aut decubenti, sedens ad caput, & ex infimis intraneis suis putridissimum indesinenter callidumque naribus meis *insufflans* [2] fœtorem intolerabilem, & horrendum. Et cum hæc diutius, & cæterorum diversorumque tolerarem præstigia tentationum; ira furoris vesaniæ suæ commotus, tantum tronitruum, & fremitum terroris, & tremoris commovit, ut saxa ipsa, quasi sal contereret, & longe dispergeret. Et cum cernerem ipsum habitaculum à fundamentis commoverit & super me ruentem medio noctis, solo Deo teste, pavore perterritus confidens in Domino exclamnavit dicens: recede iniquissime, quid destruis tugurium meum? ab hac voce protinus discessit. Et dum per hæc, & hujus similia crebra innumera, & innenarrabilia tentamenta opitulante Domino me commovere non valeret; demum ad gressus pestilentissimum virum Isidorum Asturicensem Episcopum, supplantans eum, ut

[1] *Ms.* vetustas.

[2] insuflavit.

ut me quasi perfraudulentæ laudis instinctum, *ad publicum* Toletanæ urbis perduceret. Et dum sic veniret immissus ab inimico, ut me mitteret in commotionis interitum, & aliorum fratruum pessimum inrogaret scandalum, recto videlicet Omnipotentis Domini judicio lacum, quem nobis aperuit, ipse repetente ingressus est in eo: nos autem reliquit intactos; illum vero perpetuus absorbuit infernus (*a*).

(*a*) Hucusque tantum Carrecedensis Codex, sicut & ejus exemplum. CL Florezius adjecit hic n. 37. fragmentum quoddam inquo de hypocrisi quorundam sui temporis Monachorum Valerius alteconqueritur: quod fragmentum sequebatur (inquit) in Cod. Tol. ut par hujus quo de agimus *de vana* Sæculi Sapientia— Abest etiam à Carracedensi exemplo nostro, atque à Toletanis Cod. fragmentum aliud cui titulus *Dicta S. Valerii de genere Monachorum.* Legitur hic tractatus apud CL. Florezium p. 388. es. Tom. XVI. ubi universa val. gesta è Toletanis, Carracedensi, & Æmilianensi codicibus strictim, sed clare & dilucidè expressit.

Verum plura insuper alia Valerium scripsisse constat ex variis operum ejusdem locis nimirum.

De Lege Domini, & de Sanctorum triumphis libri quidam, ex num. 30. opusculi cui tit. Ordo querimoniæ.

Libellus precipuus pro erudiendo filio. In Recopilatione Sermonum à prima conversione pag. 403. n. 45. apud Flor.

Librorum volumina quædam, quæ ad Ecclesiastica Officia, id est ad Altaris & Chori servitium spectare videntur. n. 66. pag. 414 ap. eund. Florezium Tom. XVI.

Poetica quædam opera, quæ se reperisse ait Morales in Codice Ovetensis Ecclesiæ in quo etiam.

Et—In Psalmo Valerii prologum á se visum fuisse, reliquit scriptum in libro cui titulus *el Santo Viage*, agens de libris Ecclesiæ Ovetensis M. SS.

PHI-

PHILIPPI II.

Hispaniar. & Indiar. Regis Cath. mandatum per quod Ambrosium de Morales suum Procuratorem creat, atque constituit in causa Canonizationis S. Didaci Complutensis.

Philippus secundus Dei gratia Rex Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, & Tirolis, &c. Recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis: quod cum nos, ac Sereniss. Princeps Hispaniarum Carolus filius primogenitus noster charissimus ab Sanctissimis Dominis nostris fœlicis recordationis Papa Pio IV. primum, & nunc à Pio V. Dei Ecclesiam fœliciter gubernante, humiliter, & enixe petierimus, & contenderimus, ut bonæ memoriæ quondam Jacobum alias Didacum de Sancto Nicolao fratrem (dum vixit) Ordinis Minorum Sancti Francisci de observantia professum laicum (cujus corpus Compluti in Monasterio Sanctæ Mariæ de Jesu ejusdem Ordinis resquiescit) in numerum Sanctorum referret, quo præclaræ ejus vitæ acta, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, & ejus Ecclesiæ augmentum, honoremque dicti religiosissimi viri ubique terrarum nota fierent: suæque Sanctitates tam libenti animo hoc negotium amplexi sunt, ut omnia ad illud requisita summa diligentia expediri jusserint, & postremo pro finale ejus conclusione decreta, & concessa fuerit

rit quædam Remissoria, ac seorsum aliæ litteræ Compulsoriales in his partibus exequendæ, velimusque, & summopere cupiamus ita dirigi, & tractari, ut quantotius, & commodius fieri possit, absolvatur. Ideo ne in eo aliqua ex parte deesse videamur, harum seriæ, & ex certa nostra scientia Ambrosium de Morales presbyterum Cordubensis Diœcesis Historicum nostrum & in Complutensi Academia publicum Eloquentiæ Professorem (de cujus probitate, doctrina, & prudentia plurimum confidimus) notrum verum, certum & legitimum Procuratorem ac Mandatarium specialem & generalem, cum facultate substituendi facimus, creamus, constituimus, & deputamus, ad nomine nostro, & pro nobis comparendum coram R. R. in Christi PP. Conchen. Seguntin. & Segovien. Episcopis Consiliariis nostris, tamquam judicibus, & Commissariis ad executionem dictarum Remisoriæ & Compulsorialium deputatis, & eis, sive duobus eorum juxta illarum tenores, utrasque litteras intimandum, petendumque testes super dicta Remissoria recipi, & examinari, & acta quæcumque, litteras scripturas, jura, & documenta exhibendum, & presentandum, faciendumque pro executione dictarum litterarum Apostolicarum, & transmissionem Processus desuper faciendi, ad Romanam Curiam, omnes alios actus opportunos, & necessarios. Dantes & concedentes eidem Abrosio de Morales Mandatario nostro, & ab eo substituendo plenam facultatem & potestatem ad omnia & singula supradicta faciendum, cum ampla, libera, generali, & speciali administratione, cumque omnibus, & singulis incidentibus, dependentibus, emergentibus ex eisdem, eisque annexis, & conexis quoquomodo. Promitentes in Verbo

bo Regis nos ratum, gratum, & firmum semper habituros totum id, & quidquid vigore præsentis mandati per dictum Procuratorem, & ab eo substituendum actum, & gestum fuerit. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri impressione munitarum — Datum Madriti die sexta Mensis Februarii Anno Dom. 1567. Regnorum autem nostrorum videlicet Hispan. & ulterioris Siciliæ anno 12. Citerioris vero Siciliæ & Hierusalem 14 — Yo el Rey — Ad mandatum. Reg. & Cath. Majestat. proprium — Gabriel de Zayas.

CAROLI HISPANIAR.

Principis, & Philippi II. Regis Filii mandatum Procuratorium per quod eum Ambros. de Morales suum etiam Procuratorem constituit in causa Canonizationis B. Didaci Complutensis.

Carolus Dei gratia Princeps Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis. Quod licet Catholicus & Potentissimus Rex Philippus Pater ac Dominus meus summa mihi reverentia colendus, pro magna sua Religione, summopere contenderit, ut bonæ memoriæ Jacobus alias Didacus de Sancto Nicolao, frater (dum in humanis egit) ordinis Sancti Francisci de observantia professus laicus (cujus corpus Compluti in Monasterio sui ordinis jacet) canonizaretur, numeroque, & catalogo Sanctorum aggregaretur: nos tamen singulari quodam studio id cura-

ravimus pro ea gratitudinis significatione, quam in eum exhibere cupimus & debemus, non immemores divino sane munere, & ejus beati viri (ut nos cum omnibus pie semper credimus) intercessione, eo gravissimo, ac periculissimo morbo, quo Compluti vexabamur nos liberatum fuisse. Cumque modo decreta, & concessa fuerit in Romana Curia, ad instantiam, & petitionem suæ Majestatis, & nostram quædam Remissoria, necnon aliæ litteræ Compulsoriales generales in his partibus exequendæ, & super canonizatione dicti bone memoriæ Didaci de Sancto Nicolao, suaque Catholica Majestas ad eam rem solicitandam, nominaverit, ac deputaverit Ambrosium de Morales Presbyterum Corduvensis Diœcesis ejus Historicum, & in Academia Complutensi publicum eloquentiæ professorem, nos quoque, quia ejus honestatem, & suficientiam jam diu satis compertas habemus, eundem Ambrosium de Morales, ex certa nostra scientia, tenore præsentium, meliorique via, qua possumus & debemus, facimus, constituimus, & deputamus Procuratorem, ac Mandatarium nostrum specialem, & generalem, ad nomine quoque nostros sicut suæ Catholicæ Majestatis, & pro nobis comparendum coram R. R. in Christo Patribus Conchens. Seguntin. & Segoviens. Episcopis tamquam Judicibus, & Commissariis pro executione hujusmodi Remissoriæ, ac dictarum litterarum Compulsoriarium deputatis, & juxta ambarum tenores, & formas, coram eisdem Judicibus, seu eorum duobus quascumque Litteras Apostolicas, ac testes, acta jura, documenta, & quæcumque probationum genera præsentandum, & exhibendum, ac exhibi petendum, & optinendum. Necnon ad quoscumque alios actus, & ter-

minos pro executione, & finali Conclusione Remissoriæ, & Compulsorialium hujusmodi necessarios, & opportunos procedendum, & obtinendum. Dantes eidem Procuratori, nostro, & ab eo substituendo plenam potestatem ad omnia supradicta, cum ampla, libera, generali, & speciali administratione, & cum suis incidentibus, dependentibus, & emergentibus, anexis & conexis Promittentes insuper in verbo Principis nos ratum, gratum, & firmum perpetuo habiturum totum id, & quidquid vigore hujus nostri mandati factum, & procuratum fuerit. In cujus rei testimonium præsentes litteras subscripsimus, sigilloque nostro communiri jussimus. Datum Madriti die septima Mensis Februarii Ann. à Nativitate Domini millessimo quingentessimo sexagessimo septimo. — Yo el Principe — Martinus de Gazielu.

AMBROSII DE MORALES

Exemplar ab eo elaboratum ad ulteriora Mandata Procuratoria super eadem re B. Didaci canonizationis conficienda, ipsique à Rege, & Principe demandanda.

Philippus &c. &c. &c. Cum fuerit & sit quod nos, die sexta Mensis Februarii præsentis Anni Ambrosium de Morales Presbyterum Cordubensis Diœcesis, Historicum nostrum, & in Complutensi Academia publicum eloquentiæ Professorem (de cujus probitate, doctrina, & prudentia plurimum confidentes) nostrum verum atque legitimum Procuratorem constituerimus, ad no-

nomine nostro & pro nobis comparendum coram Rever. in Christo Patribus Cochens. Segobiens. & Segunt. Episcopis Consiliariis nostris tanquam Judicibus & Comissariis Apostolicis, ad executionem quorundam litterarum Remissorialium atque Compulsorialium, ipsis seu duobus ex eis per Sedem Apostolicam de, & super canonizationem bonæ memoriæ Didaci de Sancto Nicolao, frater (dum in humanis egit) Beati Francisci de observantia commissam, prout latius in mandatis nostris inde confectis, continetur: quapropter mandata hujusmodi ac omnia & singula eorum vigore hucusque quomodo libet gesta & facta approbantes & ratificantes, tenore præsentium eidem Ambrosio de Morales potestatem plenariam concedimus petendi ac recipiendi à dictis Episcopis & Judicibus Processum Remissoriæ, ac litterarum Compulsorialium hujusmodi, postquam per eosdem Episcopos & Judices clausum & sigillatum fuerit ad hoc ut ille ad Romanam Curiam transmitti possit. Cæteraque omnia alia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria faciendi, & exercendi, promittentes in Verbo Regis habere semper ratum & firmum totum id & quicquid vigore hujusmodi Mandati nostri per dictum Procuratorem nostrum actum sive gestum fuerit. In cujus rei testimonium. &c. &c.

PHILIPPI HISPAN. REGIS

Hujus nom. II. mandatum quo Ambrosio de Morales potestatem elargitur ad petendum & recipiendum processum Remissoriæ ac Compulsor. liter.

Philippus Secundus Dei gratia Hispaniarum, Utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. Rex: Archidux Austriæ: Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani &c. Comes Abspurgi, Flandriæ & Tirolis &c. recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis; quod cum nos die sexta Mensis Februarii proximè elapsi Ambrosium de Morales Presbyterum Cordubensis Diœcesis, Historicum nostrum, & in Complutensi Academia publicum eloqüentiæ professorem, Mandatarium ac Procuratorem nostrum constituerimus, ad nomine nostro, & pro nobis comparendum coram R.R. in Christo P.P. Conchens. Segunt. & Segoviens. Ecclesiarum Episcopis, Consiliaribus nostris tamquam Judicibus, & Commisariis Apostolicis, ad executionem quarundam litterarum Remissorialium, & Compulsorialium ipsis, seu duobus, per SS. Domin. nostr. D. PIUM. V. Pontificem maximum, ac Sanctam Sedem Apostolicam de, & super Canonizatione bonæ memoriæ Jacobi, alias Didaci de Sancto Nicolao, fratris (dum in humanis egit) Ordinis Minorum Sancti Francisci de observantia, commissam, & alia faciendum quæ in litteris nostris desuper confectis latius continentur. Præditumque negotium in optatum usque finem deduci summopere cupiamus,

mus, confisi admodum de diligentia, ac probitate ejusdem Mandatarii nostri, facultatem & auctoritatem sibi á nobis traditam, ac omnia & singula vigore ejusdem per eum hucusque quomodolibet circa dictum negotium gesta, & facta, (quatenus opus sit) approbantes, & ratificantes, tenore præsentium, eidem Ambrosio de Morales plenam denuò concedimus, & elargimur potestatem, ad petendum, & recipiendum á dictis RR. Episcopis, & Judicibus Apostolicis processum remissoriæ, & litterarum Compulsorialium hujusmodi, postquam per eosdem clausus, & sigillatus fuerit, ut dictus processus in Romanam Curiam, juxta mentem ac ordinationem suæ Sanctitatis transmitti possit, & de ejus Receptione quæcumque chirographa, dandum, & concendendum, omniaque alia, & singula in præmissis & circa ea faciendum, & exercendum, quæ necessaria & opportuna fuerint, quomodolibet. Promittentes in Verbo Regis nos ratum, & firmum perpetuo habituros totum id, & quidquid, nomine nostro, per dictum Mandatarium nostrum in præmissis actum, & gestum fuerit. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri impressione, ac infra scripti nostri rerum status Secretarii subscriptione munitarum. Datum in Oppido del Escurial die prima Mensis Junii Anno Domini millessimo quingentessimo sexagessimo septimo: Regnorum autem nostrum, videlicet Hispaniarum, & ulterioris Siciliæ, anno duodecimo, citerioris vero Siciliæ, & Hierusalem decimo quarto.—Philippus-Ad mandatum Regiæ & Catholicæ Majest. proprium—Gabriel de Zayas.

CAROLI PRINCIPIS

Mandatum aliud super pertitione, & receptione processi ejusdem.

Carolus Dei gratia Princeps Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis: quod cum nos Ambrosium de Morales Presbyterum Cordubensis Diœcesis, Catholici ac potentissimi Regis Philippi Patris ac Domini nostri colendissimi Historicum, & in Complutensi Academia Eloquentiæ professorem, constituerimus Procuratorem nostrum, (quemadmodum sua quoque Catholica Majestas constituerat) ad, nostro nomine, petendum executionem quarumdam litterarum Apostolicarum Remissorialium & Compulsorialium, RR. in Christo Patribus Conchens. Seguntin. & Segoviensis Episcopis, à Sanctissimo Domino nostro. D. PIO Papa V. directarum, super Canonizatione bonæ memoriæ quondam Jacobi, alias Didaci de S. Nicolao fratris (dum vixit) Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia professi (quem nos catalogo Sanctorum adscribi pro ejus eximia sanctitate, & editis miraculis valde cupimus) prout in nostris desuper confectis litteris, die sexta Februarii Anno præsentis latius apparet. Cumque dictarum Remissorialium negotium jam ad finem pervenisse intellexerimus, confisi plurimum de diligentia, fide, & probitate ejusdem Ambrosii de Morales Procuratoris nostri facultatem & auctoritatem sibi à nobis traditam, ac omnia & singula per eum vi-

vigore ejusdem nostræ facultatis hactenus gesta, & procurata (quatenus expediat) confirmantes, ratificantes, & approbantes tenore præsentium eundem Ambrosium de Morales de novo constituimus; & deputamus Procuratorem, & Mandatarium nostrum specialem ad, nostro quoque nomine (sicut & suæ Catholicæ Majestatis) petendum, recipiendum, & habendum à dictis RR. Episcopis processum Remissoriæ ab eis super præmissis habitum, ac per eos clausum & sigillatum, ut in Romanam Curiam transmitti curetur, & de ejus receptione cautelas opportunas donandum, & concedendum. Omniaque alia, & singula in præmissis, & circa ea faciendum, & exercendum quæ necessaria fuerint. Promittimus in Verbo Principis Nos ratum, & firmum perpetuo habituros, totum id, & quidquid per dictum Procuratorem nostrum in præmissis actum & gestum fuerit. In cujus rei testimonium præsentes litteras manu nostra subscrisimus, sigilloque nostro muniri, ac per infra scriptum Secretarium nostrum subscribi mandavimus. Datum in Oppido Madriti die secunda Mensis Junii, Anno à Nativitate Domini millessimo quingentessimo sexagessimo septimo — Yo el Principe — Martinus de Gazielu.

CAPITULO

De la Instruccion que viene ordenada de Roma para los tres Prelados que han de entender en la Canonizacion del Santo Fr. Diego.

Ordinarunt etiam præfati Illmi. Cardinales ex mente Sanctit. suæ, quod unus doctus, & litteris latinis peritus describat vitam hujus gloriosissimi Sancti, & faciat illius Officium, lectiones, & orationes, ac Antiphonas & alia necessaria pro celebratione Matutinarum, Laudum, & Horarum, Vesperorum, Completorum, ac Missa. Ideo RR. Dñi., Judices ordinabunt præmissa fieri, ac illa transmittere Romam aperta subscripta eorum manibus, & sigillata suis sigillis; & non opportet quod Notarius subscribat. Et cupiunt habere hujusmodi Officium, quia ea die qua fiet Canonizatio istius Beati Sancti, & aggregatio Cathalogo Sanctorum, SS. Dñus. noster celebrabit Missam de ipso Sancto secundum Officium transmissum, & transmittant cum processu.

CA-

CAPITULO

De Carta del Comendador mayor de Castilla al Principe N. S. de 8. de Diciembre de 1566.

V. A. ha de mandar á algun buen latino que haga el oficio y leyenda del Santo Fr. Diego, y que se envien con el proceso juntamente con el dia de su muerte, para que en él se ponga su fiesta. Y si no se supiese el dia de su muerte, será bien que V. A. mande que se ponga en el dia que el Cuerpo del dicho Santo fué traido á V. A.

AMBROSII MORALIS

Mandatum Procuratorium nomine Caroli Hispaniarum Principis, super virtutibus & miraculis S. Didaci Complutensis; & manu Auctoris propria scriptum.

Ad Dei omnipotentis gloriam, & laudem in Cœlis, & interra sempiternam. Et ad perpetuam inter mortales rei memoriam. (*a*)

Carolus Dei gratia Hispaniarum Princeps, Philippi Secundi Regis Catholici primogenitus filius: Omnibus (*b*) præsentes litteras mandatorum, & commissionis inspecturis notum esse volumus. Quod licet Catholica Majestatis ejusdem Regis Philippi patris mihi, semper reverentia colendendi, pro summa sua religione ab felicis recordationis Papa Pio IIII. primum, & nunc ab Pio V. Dei Ecclesiam feliciter gubernante instan-

(*a*) El Autor principió así: In Dei nomine Amen: así despues lo borró, y dexó encima lo siguiente. Comencé por salir de lo comun, en negocio que tan poco tiene de lo comun, y que sufre, y aun pide alguna magestad. Y si es debida en ninguna parte mas que en el principio.

(*b*) Entre lineas puso Morales así: *Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium*: y sacó luego al margen: *Si se tiene* por mejor lo del estilo *recognoscimus*, &c. facil es de poner en lugar destotro.

tanter petierit: ut bonæ memoriæ (*a*) fratrem Jacobum, cujus corpus Compluti in Monasterio Sanctæ Mariæ de Jesu Ordinis Sancti Francisci, requiescit in numerum Sanctorum de solemni Ecclesiæ more referret: Ego tamen majoribusque de causis merito permotus, obnixius & instantius ab utriusque prædictis Sanctissimis D. N. hoc ipsum contendi. Majora enim & manifestiora beneficia ejusdem bonæ memoriæ fratris Jacobi intercessione ab Deo O. M. consequutus, majori etiam in eum devotione, & gratitudinis affectu feror, gloriamque ejus propensius inter homines celebrari desidero: (*b*) & in me ipsos paratissimum ejus auxilium expertus, alios etiam ad aliquid simile impetrandum cupio invitare.

Cum enim (quemadmodum toti Hispaniæ, magnæque orbis parti notum esse potest) Compluti superioribus, annis gravi morbo implicitus fuissem, desperata jam salute nostra, omnes de sepultura nostra solummodo cogitarent, & ad eam rem jam multa pararentur: allato ad me cum solemni pompa ejusdem bonæ memoriæ fratris

(*a*) El ceremonial del Papa siempre nombra al canonizando con este título bonæ memoriæ: sin darle otro.

(*b*) Desde, *& in me...* hasta. *Quocirca...* lo canceló todo el Autor, y sacó al margen la siguiente nota.

Si á V. M. le parece que se puede pasar con sola la generalidad, podráse quitar todo lo siguiente, que no se puede abreviar mas de lo que está. Y relativo á esto añade al fin otra nota que dice: Medio puede haber Desidero. Siga luego. Divino enim munere, & ejusdem bonæ memoriæ intercessione, ut pie semper existimo, Compluti paucis antea annis ab eo morbo, non sine miraculo, ut ego cum multis reputo, sum liberatus, in quo desperata ab omnibus nostra salus, jam de sepultura nostra omnes cogitabant: plurimaque jam ad eam comparabant.

tris Jacobi corpore, quod integrum inibi servatur; & mihi ut me contingeret applicito, (neque enim ego jam offusa animo & oculis mortis caligine, quicquam sentiebam,) subitô cœpi melius habere, & ita tunc jam convalescere, ut sospes, & incolumis existimarer. Inde ego divino munere, & bonæ memoriæ fratris Jacobi, ut piè semper existimo, intercessione servatus, & non sine miraculo, ut ego cum multis reputo, pristinæ sanitati restitutus, posteaquam quas potui ingentes gratias Deo, prædictoque bonæ memoriæ fratri Jacobo, in ipso Sacello, in quo corpus ejusdem requiescit, egissem: nihil prius habui, quam ut ejus sanctitate & miraculis exigentibus, quæ in me ipso instaurata, & adaucta videbant, operam darem benegratus, ut in Catalogum Sanctorum ascriberetur.

Quocirca ubi jam prædictæ Catholicæ Majestatis Patris mei Regis nostrisque præcibus ab felicis recordationis Pio IV. ut de ejus canonizatione tractaretur fuisset impetratum: post sufficienter peractam jam & biennio antea perfectam summariam, ut vocant inquisitionem: nunc denuo ad plenariam ab prædicto Sanctissimo Domino nostro Papa Pio quinto Conventus trium Episcoporum, Saguntini, videlicet, Conchensis, & Segoviensis litteris suæ Sanctitatis est indictus: ut ii tamquam judices ab Sede Apostolica dati, & delegati, ad eam causam prædictæ canonizationis intendant, & fidem, sanctitatem, miracula prædicti bonæ memoriæ Fratris Jacobi debita, & plenaria examinatione discutiant.

Cui judicio, & discussioni, cum Procuratorem nostrum interesse conveniat, quod ipsum & prædictus Sanctissimus Dominus noster in suis

lit-

litteris postulat, & nos libentissime obsequentes accipimus: ideo, nos quo res tota tum commodius, tum etiam maturius & diligentius, pro prædictæ Sanctitatis jussis, pro nostris votis, & pro summa gratitudinis significatione, quam in prædictum bonæ memoriæ fratrem Jacobum exhibere cupimus, geratur, & ad debitum finem maturè perducatur; Procuratorem nostrum specialiter ad hoc ipsum negotium canonizationis prædictæ nostro nomine gerendum, eique pro nobis assistendum tenore præsentium constituimus & nominamus Ambrosium de Morales Presbyterum Cordubensis Diœcesis, præfatæ Catholicæ Majestatis regium Historicum, & in Complutensi Academia publicum eloquentiæ professorem. De cujus vitæ honestate, doctrina, prudentia, & judicii gravitate confissii, quantum ad nos attinet, & quantum Sanctiss. D. N. Papæ litteris continetur, eidem hoc negotio prædicto nostro nomine gerendum.

VITA B. DIDACI COMPLUTENSIS.

1. Natus est Beatus Didacus humilibus parentibus in Bætica prope Constantinam, in oppido Sancti Nicolai nuncupato, unde & ipse ejus Divi cognomen accepit. Adolescens eremiticam vitam ducens, cum socio Sacerdote parvum delubrum juxta idem oppidum incoluit. Sanctorum veterum Patrum exemplo manibus operabantur, & cochlearia, aliaque vascula lignea excavabant, quæ cum in vicina oppida Sanctus Didacus deferret & divenderet, in necessaria comparabat. Tanto interim paupertatis amore, ut si quid supra pretium ementes misericorditer adjiceret, nullatenus vellet accipere. Ea vero erat jam tunc in Beato Didaco sancta cordis simplicitas, ut magna ibidem ejus experimenta dederit.

2. Hæc ipsa tamen sancti viri simplicitas, mirum est quam fuerit jam inde ab adolescentia etiam prudens, supra quam capere posset, qui nihil unquam didicisset, ut cælitus plane edoctus videretur. Unde effectum est, ut christianæ sapientiæ nomine charus tunc admodum suis popularibus haberetur. Suis enim adhortationibus, consiliis & sanctitatis exemplo perfecerat, ut incolæ ejus oppidi ad Dei obsequium & bona opera mirum in modum excitarentur. Quare cum inde Beatus Didacus cum socio descessisset, ægre admodum tulisse incolas ferunt: quod sanctis eorum monitis & spirituali solatio destituti sibi viderentur. Discessit autem Didacus; ut Religionem Sancti Francisci ingressus jugum evange-

gelicum obedientiæ subditus arctius subiret: & se ipsum plene abnegans, majora de se Domino obsequia posset exhibere.

3. Ordinem ingressus; conversus, ut vocant, seu laicus, siquidem litterarum rudis esset, permansit. Jejuniis vero & orationibus intentus, corpusque multis modis castigans & in servitutem redigens, omnium in se fratrum oculos convertit: qui magnum aliquod sanctitatis exemplum apparere in illo jam tunc judicabant. Erat enim Sanctus Didacus mirabili in Deum fide, in prelatos & seniores obedientia, & observantia singulari, humilitate erga omnes incredibili. Tanta vero charitate omnes complectebatur, ut omnes suavi obsequio & morum simplicitate sibi conciliaret. In ea tamen cordis simplicitate, vis quædam divinitus inerat, & zelus vehementior: ut si quem forte famam alterius lædentem audiret, tum acrius ipsum increparet, tum id factum, quod calumniaretur, quemadmodum deberet & posset boni consulere, demonstraret.

4. Per hoc ipsum tempus Joannis Secundi Regis auspiciis ex fortunatis insulis aliquæ, & inter eas Fuertę ventura dicta, in Hispanorum potestatem devenere. Missi igitur eo sunt Religiosi viri Ordinis Sancti Francisci, qui monasterium ibidem conderent, & accolas christianam fidem docerent. Et quamvis monachi ad hoc ipsum litteris & doctrina præstantes, ut decuit, deligerentur: unius tamen Didaci cælitus edocta simplicitas, zelus fidei, religionis constantia, & christiani exempli præstantia magnum momentum ad infidelium conversionem futura, illis adjuncta est, & quodammodo prælata. Guardianus siquidem factus præfuit monasterio. Dici au-

autem non potest, quanto spiritus ardore & charitatis, sollicitudine in Insulanorum conversionem deinceps incubuerit.

5. Primum sermonis dulcedine, quæ in illo semper fuit mirabilis, modestia deinde & insigni charitate incolas sibi mirifice devinxerat: ut benefactorem suum mutuo ipsi redamarent. Messis enim tempore monachorum aliquos secum educens, pauperes fruguum suarum collectioni insudantes benigne adjutabat: & quibusvis aliis beneficiis ipsos demereri studebat. Inerat hinc jam in barbaris admiratio virtutis ejus eximia: ut quicquid deinceps doceret, aut commonefaceret, tanquam cælitus demissum cum summa veneratione susciperent. Martyrii quoque desiderio Sanctus Didacus instigatus, magnam Canariam fortunatarum caput navigavit. Sed comitibus & nautis barbarorum metu deterritis, abscedere inde est coactus: multa tamen jam ibidem ab infidelibus pro Christi nomine perpessus.

6. Reversus inde in Hispaniam Sanctus Didacus, cum annus esset quinquagessimus; Romam Jubilei consequendi gratia fuit cum socio sui ordinis missus. Fames tunc urbem, & orta inde pestis infestabat. Multi monachi magno numero ex omni natione in Cœnobio de Aracæli simul ægrotabant: neque erat ferme, qui illis ministraret. Cum ibi inter alios Sancti viri socius etiam decumberet, eique & aliis omnibus pientissime, & cum alacri jucunditate ipse inserviret: in signis ejus charitatis fama permotus Monasterii Præfectus eidem, externo, & nulla alia re nisi virtutis admiratione cognito, infirmorum omnium & totius valetudinarii curam commendavit. Miraculo deinceps tributum est, quod unus tantæ ægrorum multitudini sufficeret, & in tanta urbis in-

inopia, omnibus copiose necessaria omnia præberet.

7. Eo vero tempore in Hispaniam Beatus Didacus rediit, quo Complutensis Cœnobii fundamenta ab Alfonso Carrillo Archiepiscopo Toletano jaciebantur. Eo cum fuisset inter alios monachos missus, ibi usque ad mortem permansit: & ibidem virtus ejus maturior & confirmata sanctitas amplius enituit. Erat in eo mirabilis charitas, & inopis juvandis solicitudo, quorum curam janitor factus susceperat. Pauper cum esset, numquam tamen deerat, quod pauperibus tribueret. Si vero prorsus deesset, pauperibus benigne assidens collachrimabatur; & affectum eis compassionis, cum aliud non posset, præbebat. Nec indigentiis proximi corporeis solum compatiebatur: sed spiritualibus vehementius commotus, si quem audiret in peccatis permanere, aut subitaria morte periculoso animæ suæ tempore decessisse, ardentius deflebat: & in cellam confestim secedens, multis verberibus se ipsum cruciabat, tamquam Dei iracundiam vicaria pœnitentia vellet placere.

8 Tanta autem erat in Sancto Didaco Sermonis dulcedo, & in omni consuetudine suavitas: ut nemo unquam ad eum tristior, & nubilo animo accesserit, quin hilaris ab eo & serenus abjerit. Benigne enim consolando, pie consulendo, omnes mirifice recreabat. Viri etiam, ut illa tempora ferebant, doctrina præstantes, qui familiariter cum eo vixerant; hoc se solatio & spirituali jucunditate, post ejus obitum caruisse magno opere dolebant. Iidem etiam viri docti affirmabant: libenter admodum se cum illo de rebus divinis solitos esse colloqui, & percontari; tamquam si cum erudito Theologo ser-

sermonem haberent. Illa enim Sancta Simplicitas de abysso divinæ sapientiæ veræ doctrinæ fluenta potaverat. Fides quoque Sancti Didaci in Deum fingens etiam invita miraculis fuit inclyta. Mors vero ejus multa habuit, quæ magnam admirationem præsentibus præberent. Obiit autem pridie Idus Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio. Ad ejus corpus ingens hominum concursus est factus, ipsum tanquam Sancti cujusdam variis modis venerantium.

9 Cumque aggesta humo, uti moris est, fuisset sepultus; Dei tamen est providentia effectum, ut quatriduo post exhumaretur: ne tantus nimirum thesaurus in terra absconditus delitesceret. Cadaver tunc integrum, & viventi omnino simile fuit extractum suavissimo cum odore, quem magna hominum multitudo persensit, & eo nomine Deo ingentes gratias agere non destitit. Cum odor ille cœlestis in Sancti Didaci corpore perduraret, miracula etiam crebro fierent, & multis modis ejus sanctitas declararetur: ea fama permotus Enricus Quartus Rex, Complutum ad invisendum ipsum sanctum corpus, venit. Et cum genibus flexis venerabundus accessisset, odoris suavitate perfusus, & viventis similitudine stupefactus, Deum in sanctis suis mirabilem collaudans, discessit. Sacellum tamen ante construi jussit, in quo beatum corpus reponeretur. Sex integros menses idipsum sanctum corpus loculo inclusum, ita tamen ut ostendi fidelibus posset, retentum est. Et cum cœlestis ille odor & viventis similitudo jugiter in eo permanerent, multa & varia miracula fiebant: quæ post centum demum annos magis increbuerunt. Toto interea hoc tempore ingens to-

totius ejus vicinitatis concursus ad Sancti Viri sepulchrum fuit: summaque cum omnium veneratione frequentabatur. Et corpus ipsum adhuc integrum perseverat. Unde factum est, ut Pius Quintus Pontifex Maximus Beatum Didacum in Sanctorum numerum anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo : : : : : : : : : : retulerit.

OFFICIUM RECITANDUM

IN FESTO B. DIDACI COMPLUTENSIS,

ALIAS

DE S. NICOLAO,

CONFESSORIS NON PONTIFICIS. (1)

Ad Vesperas Aña. Pauper cum esset *cum reliquis de laudibus. Ps.* Dixit Dominus *cum reliquis de Domin. In fine Ps.* Laudate Dominum omnes gent. *Cap.* Beatus Vir qui suffert. *De uno Confessore non Pontifice.*

Hymnus.

(2) Completum antea sanguine
Justi & Pastoris inclyta,
Novis nunc aucta meritis
Exulta Sancti Didaci
Hunc natum quamvis Bœtica
Dedit, tu tamen tumulo
Gaudes, ubi miraculis
Illustrat hunc altissimus.
Eremum colit Juvenis
Tectus deinde pauperis
Francisci Sacco, subditus
Fert jugum Evangelicum.
Tunc Fortunatas Insulas
Pergit, ut novos palmites

Chris-

(1) Ipsiusmet Moralis manu propria exaratum.
(2) Sanctorum ferme omnium hymni gesta illorum insignia prosequuntur.

Christi novus agricola
Nova & cultura coleret:
Rudis doctrina, cælitus
Edoctus tamen, plurimos
Ad fidem Christi convocat,
Et docet infidelium.
Te trina & una Deitas
Omnes orantes poscimus:
Ut te placatum præcibus
Ostendas Sancti Didaci.

℣. Amavit eum Domin. *De uno Confessore non Pontifice.*

Ad Magnif. Aña.

Ubi est humilitas, ibi est sapientia, & justi simplicitas direxit eum, ut celata sapientibus vitæ cœlestis arcana, eidem Dominus revelaret.

Oratio. (1)

Concede nobis quæsumus Omnipotens Deus, ut vere parvuli Beati Didaci efficiamur exemplo, cujus sanctæ simplicitati mirabilem sapientiam in esse tribuisti. Per Dominum nostrum &c.

Et fit Commemor. de Sancto. Martino.

(1) Imitari eas Ecclesiæ Sanctæ orationes voluimus quæ habent aliquid de sacris litteris desumptum, cujusmodi sunt illa: Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis &c. Deus in quo vivimus &c. Cumque nihil æque eminere in hoc Divo videretur, quam sancta simplicitas, divinitus tamen edocta, hoc ipsum præsertim hic in oratione, & ubique alias celebrandum duximus.

Ad Matutinum.

Invitatorium de Communi Conf. non Pont.

Hymnus.

Cogit amor martyrii
Hic fortis Sanctum Didacum
Vicinas infidelium
Ut naviget ad Insulas.
Multa perpessus cogitur
Vivus tamen abscedere,
Divino sic consilio
Servatus alia ad munera.
Restabat Orbis Domina
Implenda Roma gaudia,
Virtutem Sancti Didaci
Ut cum stupore cerneret.
Faustus jam annus aderat
Æthera qui facit pervium,
Et amplam quinquagessimus
Spondet Christianis veniam.
Missus tunc Romam Didacus
Ægrorum multitudinem
Unus jubetur sumere,
Ut ministraret omnibus.
Hinc charitas mirabilis
Sancti stuporem injicit
Quod ægros curet hilaris
Quod lætus omnes sublevet.
Et velut missam cælitus
Mirantur incredibilem
Victus tributam copiam:
Cum fames urbem premeret.
Te trina & una Deitas. &c. *ut in Vesp.*

(*a*) *In 1º Nocturno.*

Aña. Tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum Beatus Didacus fructum suum dedit in tempore suo. *Ps.* Beatus Vir... *de Comm.*

Aña. Serviens Domino Sanctus Didacus in timore, exultatio ejus erat cum tremore. *Ps.* Quare fremuerunt, &c.

Aña. Domini est salus: & super Beatum Didacum benedictio ejus, ut salutem multis ipse suis præcibus impetraret. *Ps.* Domine quid multiplicati, &c.

℣. Amavit eum Dominus: *de Communi.*

Lectio I.

(*b*) Natus est beatus Didacus humilibus parentibus in Bætica.... *& reliqua ut in ipsius vitæ numero I.*

℟. Adolescentior Sanctus Didacus correxit viam suam Domine: in custodiendo sermones tuos. Ps. 118.

℣. Viam mandatorum tuorum occurrit, cum dilatasti cor ejus.

In custodiendo sermones tuos.

Lec-

(*a*) In matutinis Antiphonis Sanctorum Confessorum omnia sunt ab Divo Gregorio indidem ex Psalmis desumpta: ut modice deflexa & immutata Sanctis adaptarentur. Hoc ipsum quantum potuimus sumus imitati. Et quamquam optima quæque Divus Gregorius præoccupasset, non defuit tamen, (ea est Sanctæ Scripturæ fæcunditas) quod concinne Beato Didaco tribueretur.

(*b*) Nihil est prorsus in lectionibus, quod non sit fidedignis testibus comprobatum.

Lectio II.

Hæc ipsa tamen Juvenis Sancti, &c. (*a*) *& reliqua ut in ipsius vitæ num. II.*

Ps. 118. ℟. Testimonia tua meditatio mea Domine: & consilium meum justificationes tuæ.

℣. Viam veritatis elegi, & judicia tua non sum oblitus. Et consilium meum justificationes tuæ.

Lectio III.

Ordinem ingressus, conversus.... *& reliqua ut in ipsius vitæ num. III.*

Ps. 132. ℟. Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum. * Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem & vitam.

℣. Ex aliis fratribus religionis documenta Sanctus Didacus accepit, aliis ipse sanctitatis exempla reliquit. * Quoniam illic, &c.

Secundum Nocturn.

Aña. Mirificavit Dominus Sanctum suum, & exaudiet eum, cum clamaverit ad illum. *Ps.* Cum invoc.

Aña. Gloriabuntur in te Domine omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices justo. *Ps.* Verba mea, &c.

Aña. Omnia subjecisti Domine sub pedibus sanctitatis, ut omnia paupertatis amore despiceret. *Ps.* Domine Dominus noster, &c.

℣. Os justi meditabitur sapientiam.

℟. Et lingua ejus loquetur judicium.

Lec-

(*a*) Operam ubique ferme dedimus, ut responsoria omnia iis, quæ in Lectionibus commemorantur consonarent. Item ut concinne, quæ resumuntur, quadrare, perfecimus.

Lectio IV.

Per hoc ipsum tempus. *Et reliqua ut in vitæ num. IV.*

℞. Dedit illi Dominus in præceptis suis potestatem, docere testimonia sua: * Et in lege sua lucem dare gentibus. Eccli. 45.

℣. Ut daret sapientiam in cor populorum, & gentem in justitia posset docere. Et in lege.

Lectio V.

Primum sermonis dulcedine, quæ. *Et reliqua ut in num. V.*

℞. Docebo iniquos vias tuas Domine: * & impii ad te convertentur. Ps. 118.

℣. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam tuam doce me Domine: & narrabo mirabilia de lege tua. * Et impii ad te....

Lectio VI.

Reversus inde in Hispaniam. *Et reliqua ut in num. VI.*

℞. Cum liber essem, omnium me servum feci: * ut plures lucrifacerem.

℣. Factus sum infirmis infirmus: omnibus omnia factus sum: * Ut plures.

Tertium Nocturnum.

Aña. Ingressus sine macula opprobrium non accepit adversus proximos suos. *Ps.* Domine quis habitabit.

Aña. Desiderium cordis ejus tribuisti ei Domine: & dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi. *Ps.* Domine in virtute.

Aña. Hic Sanctus innocens & mundo corde accepit benedictionem á Domino. *Ps.* Domini est terra.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsius.

℟. Et non supplantabuntur gressus ejus.

Lectio VII.

Eo vero tempore. *Et reliqua, quæ in numero VII.*

℟. Sapientiam Sanctorum narrent Populi: * Et laudem eorum nuntiat ecclesia.

℣. Gloria ejus non derelinquitur, & nomen ejus vivet in generatione & generationem. * Et laudem ejus.

Lectio VIII.

Tanta autem erat in Sancto Didaco. *Et reliqua quæ in num. VIII.*

Eccli. 45. ℟. Similem fecit eum Deus in gloria sanctorum: * Et magnificabit eum in mirabilibus.

℣. Glorificavit illum in conspectu Regum: & ostendit illi gloriam suam. Et magn.

Lectio. IX.

Cumque aggesta humo. *Et reliqua quæ in num. IX.*

Ad Laudes & per horas.

Aña. Pauper cum esset Sanctus Didacus, charitas tamen ei, quod pauperibus distribueret, semper ministrabat. *Ps.* Dominus regnavit (*a*).

Aña. Cum pauperibus, quod daret, Sanctus Didacus non haberet, cum lachrymis affectum compassionis tribuebat. *Ps.* Jubilate Deo.

Aña. Anima Sancti Didaci sitivit in Deum, ad-

(*a*) Ex ipsa historia in lectionibus relata, ad has laudum antiphonas quædam sunt desumpta, frequenti Sanctæ Ecclesiæ exemplo, quæ hoc idem in Divorum omnium facit exemplo.

adhæsit post illum, ut videret virtutem & gloriam ejus. *Ps.* Deus Deus meus.

Aña. Benedicite Sancti & humiles corde Domino, & auditam facite vocem laudis ejus. *Cant.* Benedicite.

Aña. Beneplacitum est Domino in Sancto suo Didaco, ipse exultabit in gloria. *Ps.* Laudate Dominum de Cœlis.

Capitulum.

Beatus vir qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris.

Hymnus.

Complutum jam inhabitans,
Fulget clarus virtutibus
Ubi admiranda Sanctitas
In vita quoque splenduit.
Dat janitor pauperibus
Factus ubertim plurima:
Non sit, quod dare, lachrymas
Compassus tamen tribuit.
Sed lachrymatur fortius,
Si quem audiret scelere
Constrictum: subitaneum
Aut in peccatis obitum.
Illa & Sancta Simplicitas
Nullis exculta litteris,
Divino edocta munere
Stupor fit sapientibus.
Dulce illud tuum Didace,
Quod temperavit charitas,
Mæstis dabat eloquium
Certissima solatia.
Sermone mentem nubilam

Serenans, cordis tenebras
Fulgore immisso discutis,
Et lucis imples radiis.
Te trina & una Deitas
Omnes orantes poscimus,
Ut te placatum precibus
Ostendas Sancti Didaci.

℣. Justum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus. Aña.

Veni benedicte Patris mei, posside regnum, quod tibi paratum est á constitutione mundi: quia pauper ipse æsurienti mihi in pauperibus meis dedisti manducare. *Cant.* Benedictus.

Ad horas omnia de Communi præter Añas. & orationem.

Ad Vesperas.

Aña. Pauper cum esset. *ut in Laud. Ps.* Dixit Dom. *cum reliq. de Domin. In fine. Ps.* Laudate Dominum omnes gentes. *Capitulum* Beatus vir, &c.

Hymnus.

Te bonus cum jam Didace
In Cœlum Deus revocat,
O quam libenti gaudio
Iter sublime ingrederis.
Terra contectum jacuit
Sanctum corpus quatriduo
Inde viventi simile
Et cum odore extrahitur
Laus populorum resonat,
Grates aguntur Domino.
Henricus fama concitus
Rex & procumbit tumulo.
Miratur incredibilem

Vi-

Viventis mortui effigiem:
Miratur & suavissimam
Odoris vim Ætherei.
Sancti crescit interea
Hispanos inter gloria:
Insignis & miraculis
Fama procul extenditur.
Morbos pellit corporibus,
Mutis reddit eloquium:
Surdis auditum referens
Et malos fugat Dœmones.
Sis ò nobis propitius,
Oramus Sancte Didace:
Ut Deum tuis precibus
Nobis reddas propitium.
Te trina & una Deitas.
℣. Justum deduxit.

Ad Magnif. Aña.

Charitas mirabilis fecisti, ut tamquam aliorum peccata Sanctus Didacus in se transferret, ita ea ipse flendo & pœnitendo portaret. *Cant.* Magnificat. *Deo gratias.*

Ad Missam Introitus.

Tenuisti Domine manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. *Ps.* Quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde. Gloria Patri, &c. (*a*) Ps. 72.

Oratio.

Concede nobis quæsumus omnipotens Deus, ut vere parvuli Beati Didaci efficiamur exemplo, cu-

(*a*) Omnia quæ de Sanctis Confessoribus in Missæ Introitu leguntur: ad hunc fere modum sunt ex Psalmis petita.

cujus sanctæ simplicitati mirabilem sapientiam inesse tribuisti. Per Dominum &c. (*a*).

Epistola.

Lectio libri sapientiæ (*b*).

Qui timetis Dominum, credite illi: & non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Respicite filii nationes hominum, & scitote, quia nullus sperabit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis ejus, & derelictus est? Aut quis invocavit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est Deus: & remittit in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

Graduale (*c*).

Ps. 18. In mandatis tuis, Domine, excercebatur servus tuus, & considerabat vias tuas. ℣. In justificationibus tuis meditabatur, non obliviscebatur
Math. 19. sermones tuos. Alleluia. alleluia. Sinite parvulos veni-

(*a*) Imitari eas orationes studuimus, quæ habent aliquid de sacris litteris desumptum. Cujusmodi sunt illa Omnipotens, qui infirma mundi eligis ut fortia quæque confundas. Deus in quo vivimus, movemur, & sumus &c. Cumque niquil æque eminere in hoc Divo videatur, quam sancta simplicitas, divinitus tamen edocta, quod quam plures religiosi viri, ii qui ipsum probe noverant, jurati testes affirmarunt: hoc ipsum præsertim, hic in oratione, & ubique alias celebrandum existimavimus.

(*b*) Simillima est ratio omnium fere Epistolarum, quæ de Sanctis Confessoribus feruntur. Quin etiam alia omnia eandem admutationem deinceps sunt adaptata.

(*c*) Adnotatio ad Graduale. Quod sequuti in oratione sumus, hic etiam prosequimur.

nire ad me, talium est enim regnum Cœlorum: dicit Dominus. Alla.

Secundum Matheum.

In illo tempore respondens Jesus dixit. Confiteor tibi Pater Domine Cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quia sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cuit voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos: & discite à me quia mitis sum & humillis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Math. 11.

Offertorium.

Abscondit me Dominus in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui: in petra exaltavit me, & nunc exaltavit caput meum (*a*).

Secreta.

Devotionem populi tui, Domine suscipe placatus: & qui tibi Sacrificium offerunt, beati Didaci precibus consequantur, ut se ipsos tibi verum semper holocaustum exhibeant. Per Dominum &c. (*b*).

Com-

(*a*) Respexisse potest ad Religionem, in qua sanctus Didacus vixit, & ad gloriam quam etiam inter homines est consequutus.

(*b*) Solemne est in Secretis ferme omnibus Sacrificii meminisse: & ejus occasione aliquid precari.

Communio.

Advocans Jesus parvulum, statuit illum in medio discipulorum & ait: nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum (*a*).

Post Communio.

Crescat quæsumus Omnipotens Deus, Beati Didaci meritis & intercessione, gratiæ tuæ in nobis augmentum: in cujus festivitate nos corporis & sanguinis filii tui sacris muneribus satiasti. Per eundem Dominum &c. (*b*).

Dictum retro est hymnos de Communi esse interponendos. Si libuerit proprios decantare, hic quoque apposuimus, per horas etiam distributos.

Complutum ântea sanguine
Justi, & Pastoris inclyta,
Novis nunc aucta meritis
Exulta Sancti Didaci.
Hunc natum quamvis Bætica
Dedit, tu tamen tumulo
Gaudes, ubi miraculis
Illustrat hunc altissimus.
Eremum colit Juvenis
Tectus deinde pauperis
Francisci sacco, subditus
Fert jugum evangelicum.
Tunc Fortunatas insulas
Pergit, ut novos palmites

Chris-

(*a*) Et hoc quoque Orationem respicit.
(*b*) Etiam Postcommunio semper Sacræ Communionis meminisse solet.

Christi novus agricola
Nova & cultura coleret.
Rudis doctrinæ, cœlitus
Edoctus tamen, plurimos
Ad fidem Christi convocat
Et docet infidelium.
Cogit amor martyrii
Hic fortis Sanctum Didacum
Vicinas infidelium
Ut naviget ad Insulas.
Multa perpessus cogitur
Vivus tamen abscedere,
Divino sic consilio
Servatus magna ad munera.
Restabat orbis domina
Implenda Roma gaudio
Virtutem Sancti Didaci
Ut cum stupore cerneret.
Faustus jam annus aderat
Æthra qui facit pervium
Et amplam quinquagessimus
Spondet Christianis veniam.
Missus tunc Romam Didacus
Ægrorum multitudinem
Unus jubetur sumere
Ut ministraret omnibus.
Hinc charitas mirabilis
Sancti stuporem injicit
Quod ægros curet hilaris
Quod lætus omnes sublevet.
Et velut missam cœlitus
Mirantur incredibilem
Victus tributam copiam
Cum fames urbem præmeret.
Complutum jam inhabitans
Fulget clarus virtutibus

Ubi admiranda sanctitas
In vita quoque splenduit.
Dat Janitor pauperibus
Factus ubertim plurima.
Non sit, quod daret, lachrymas
Compassus tamen tribuit.
Sed lachrymatur fortius,
Si quem audire scelere
Constrictum: subitaneum
Aut in peccatis obitum.
Illa & sancta simplicitas
Nullis exculta litteris,
Divino edocta munere
Stupor fit sapientibus.
Dulce illud tuum Didace
Quod temperavit charitas
Mœstis dabat eloquium
Certissima solatia.
Sermone mentem nubilam
Serenans, cordis tenebras
Fulgore immisso discutis,
Et lucis imples radiis.
Te bonus cum jam Didace
In cœlum Deus revocat,
O quam libenti gaudio
Iter sublime ingrederis.
Terra contectum jacuit
Sanctum corpus quatriduo:
Inde viventi simile,
Et cum odore extrahitur.
Laus populorum resonat
Grates aguntur Domino
Henricus fama concitus
Rex, & procumbit tumulo.
Miratur incredibilem
Viventis mortui effigiem:

Mi-

Miratur & suavissimam
Odoris vim ætherei.
Sancti crescit interea
Hispanos inter gloria:
Insignis & miraculis
Fama procul extenditur.
Morbos pellit corporibus
Motis reddit eloquium:
Surdis auditum referens
Et malos fugat Dæmones.
Sis ò nobis propitius
Oramus Sancte Didace
Ut Deum tuis precibus
Nobis reddas propitium.
Te trina & una Deitas
Omnes orantes poscimus
Ut te placatum precibus
Ostendas Sancti Didaci.

Sunt etiam in hoc eodem Codice Hymni alii in S. Didaci laudem diversa manu, conscripti; & Moralii nostri manu propria variis in locis emendati: quorum prior hanc notulam seu potius brevem epistolam in capite habet.

„ Yo he andado tan embarazado con las co- „ sas de mi casa, que aun para cosa tan poca „ no me han dado lugar. Ahí va lo que mostré „ á V.m. y algo dello emendado como V. m. lo „ habia dicho: lo demas yo lo acabaré, y iré „ con todo á mostrarlo á casa de V.m.

Hymnus.

Splendidum Cœli decus atque numen
Didace in justos moderare sensus
Dum tua indigni pia gesta summo
Æquamus Olympo.

Te simul nostris columen periclis
Bethica eduxit liquidas in auras
Fraudis humanæ strepitusque tantum
Tæduit urbis.
Ut Dei memor solum à maligna
Plebe sejunctus peteres recessus,
Quos nephas, atrox scelerumque cætus
Scandere nescit.
Quin pudor te simplicitas fidesque
Cana, & exardens charitas sequutæ
Unde Francisci rapuere sancta
Dogmata Patris.
Laus tibi æterni Pater alme Cœli
Infimi & Summi moderator orbis
Quem fides veri studiosa trinum
Credit & unum.
Barbaræ norunt tua facta gentes
Dum insulas tendis procul in remotas
Quæque Fortunæ celebres secundo
Nomine clarent.
Dumque doctrina monitisque sacris
Ad pios flectis sera corda mores
Christi & assertor fidei verendæ
Semina fundis.
Novit & Sanctæ documenta vitæ
Roma: te incensum generosus ardor
Dum rapit, fausto patuisset anno
Cum sacer æther.
Teque flagrantem charitate & ægros
Sponte curantem stupefacta vidit,
Dum lues tristi præmeret lethalis
Corpora morbo.

De laudibus B. Didaci Instituti Franciscani
Saphicum Adonico mistum.

Dum tuas laudes minus uberanti
Versu, & agresti refero camæna
Didace, aurato residens Olympo
Cælitus adsis.
Prima te læto gremio recepit
Bethica, & Sanctum merito favorem
Exigit primum, petit illa jura
Debita matri.
Mox tuis optat precibus juvari
Ordo sat mundo celebris minorum,
Cujus in vita socius fuisti
Nuncque patronus.
Ordini parens pater alme lætus
Insulas vulgo prosperas vocatas
Prosperas, quas tu facis esse longe,
Prosperiores.
Nam tibi debent tenebris fugatis
Quod novam licuit videre
Solis, & cœli patefacta primum
Ostia clausa.
Currit extremos penetrans ad Indos
Patriam linquens avide requirens
Conditum terræ mediis medullis
Institor aurum.
Non secus ferris nimium remotis
Quæris ardenti studio lapillos.
His ut ornetur, niteat, coruscet
Regia cœli.
Dum feros tentas prohibere cultus
Sæpe pro Christo sitis esse martyr
Te nisi ingentes Deus ad labores
Vivere vellet.

In-

Integer vitæ sacra Jubilei
Dona capturus petisse Romam
Diceris, flammas ubi charitatis
Pectore prodis.
Namque cum pestis miseranda Romam
Ureret, fratrum pater extitisti
Serviens ægris, propriis coarctans
Vulnere palmis.
Te demum fauste, redeunte Roma
Excipit fratrum gemina triumphans
Cæde Complutum, fuit hic laborum
Portus amenus
Hoc honorasti decorasque signis
Hoc tuos servat cineres beatos
Hoc tuis sperat precibus juvari
Jure sepulchri.
Duplici quondam radians smeragdo
Obtulit Christo diadema fulgens
Triplici, sed tu facis esse clarum
Didace gemma.
Gloria Patri, Genitæque proli
Ac tibi Flamen Patris atque Nati
Cujus aspectu fruitur perenni
Didacus ævo.

De laudibus B. Fatris Didaci Ordinis fratrum Minorum cujus corpus in æde B. Francisci apud Complutenses est repositum.
Saphicum Carmen.

Dum tuas laudes minus uberanti
Versu, & agresti refero camæna
Didace excelso residens Olimpo
Parce benignus.
Non enim mentis fragilis carina
Per tuæ laudis magis ibit æquor,

Quam

Quam puer fretus patris arte quivit
Ire per auras.
Non vel Arpinas, vel Achille clarus
Te vel actæus Pericles tonator
Versibus possent, numerisve ferre
Lege solutis.
Namque dum mundi fugiens honores
Eligis pauper minus vocari,
Cæsares, Paulos, Fabios, Camillos
Vincis honore.
Quique falaces repulisse nummos
Diceris, Christo sociatus, omnes
Divites Lydos, Arabasque pauper
Didace vincis.
Corpus exornans niveo pudore,
Carnis egisti celebrem triumphum:
Palma inest dextra caput atque cingit
Nobile laurus.
Gloria Patri, Genitæque proli
Ac tibi Flamen Patris atque Nati
Cujus aspectu fruitur perenni
Didacus ævo. Amen.

De ejusdem B. Patris Didaci laude Dimetrum Jambicum.

Exultet amnis Henarus
Tendat sonantes gurgites
Dilatet arcta brachia
Omnem per orbis circulum.
Humori cujus labili
Flos crevit arvis pinguibus
Rosariis vernantibus
Thure & Sabæo suavior.
Cœlestium altrix artium
Quæ jura mundo sancta das;

Læ-

Lætare Complutum facta
Splendore tanto lucida.
Doctis abundas libris
Multiplici arte præditis,
Excedit at doctissimos
Indoctus unus Didacus.
Perlegit ille Biblia
Doctissimis incognita,
Contemnere edocentia
Luxus, honorem, seculum.
Lampas nitens Ecclesiæ
Francisce clare jubila,
Doctrina cujus Didacum
Perduxit ad Cœlestia.
Hærens tuis vestigiis
Servus libenter factus est
Plagisque Christi viscera
Confixa gessit abdita.
Sit laus Patri, sit Filio
Honor sit almo flamini
Quo Didacus Sanctissimus
Fruetur in perpetuum. Amen.

Non multi sapientes, non multi potentes; non multi nobiles, sed infirma mundi hujus elegit Deus, ut fortia quæque confunderet. *I.ª Corinth.* 1.

AMBROSII MORALIS

Descriptio belli nautici, & expugnatio Lepanti per D. Joannem de Austria. (*a*)

Confecto Granatensi bello, quod diutinum magis, quam periculosum biennium atque eo amplius perduraverat; extorres patria rebelles Mauri abire jubentur, per totam introrsum Hispaniam distributi. Joannes Austrius Philippi II. Regis Frater, qui bello Summus Dux præfuerat militiamque felici tyrocinio contra christiani nominis hostes occeperat, initio jam tamdem anni Madritum revertitur. Granatæ enim adhuc permanebat: neque Regiæ nuptiæ exitu anni superioris magna totius Hispaniæ lætitiæ celebratæ Regium Juvenem mariti fratrem sponsæ avunculum, quem interesse maxime decuisset, ab constituenda peracto bello Provincia avocaverant. Sub ejus adventum de Sacro fœdere, de maritima expeditione, de classe assidua deliberatione agitatum. Cyprus Venetæ ditionis Insula tota pene ab Turcis occupata & diruta, uno tantum famæ Augustæ munitissimæ urbis Presidio integram victoriam remorabatur. Annum vero jam & eo amplius obsessa civitas Christianæ Reipublicæ opem implorabat; nec suppetias ferre poterant Christiani Principes, tametsi maxime cuperent in tanta terrarum marisque longinquitate. Obstabat præsertim Turcarum classis trecentarum pene longarum na-

(*a*) Auctoris propria manu conscripta est: servaturque in Bibl. pl. III. & n. 8. in Codice Cartaceo forma quarta.

navium, quæ nisi conjunctis, & magno opere adauctis nostrorum omnium viribus tentari non poterat. Astor Balonus Bononiensis veteranus Dux fortis & prudens, qui famam Augustam defendebat, perdurare se posse aliquot mensibus quandiu victus suppeditaret, nuntiabat. Hæc cum Pium V. Sum. PP. magno opere augerent, Philippum etiam Regem non mediocriter commovebant. Venetis presertim ex sacro fœdere, quod superiori anno iniri cœperat subsidia, subinde flagitantibus. Instaurato igitur denuo & auctius sancito eodem sacro fœdere, quo Summus Pontifex, Philippus Rex, & Veneti ad res adversus Turcas terra, marique gerendas coibant: placuit Joannem Austrium ejusdem sacri fœderis Ducem, jam inde à principio designatum, in Italiam mitti, ut coacta undique classe, quod communi trium omnium capitum fœderis consilio decerneretur, exequi persisteret. Et quamquam jam tunc de confligendo cum hostili classe mentio fieret, nil tamen certi statuebatur. Rectius deliberandi opportunitatem tempus, ut solet, allaturum sperabant. Hæc veris initio constituta: per eosdem dies. Ernesto, & Rodulpho Maximiliani Cæsaris filiis natu majoribus, qui jam per aliquot annos apud Philippum avunculum educabantur, redeundum erat ad Patrem, id sepius deposcentem. Commodum accidisse visum est ut cum Joanne etiam avunculo Genuam trajicerent. Ii primum extremo Majo Barchinonem, quo Regia classis congregabantur, lento itinere ut solis ardores vitarent, antevertunt proficisci. Joannes Junio postmodum ineunte publico cursu delatus celeriter consequitur. Pro expeditionis dignitate, pro rerum, quæ parabantur magnitudine non multi nobilium juvenum sunt commoti. Regii nimirum consilii arcanum

pro-

probe celatum in diversa admodum mentes & vulgi voces distraxerat. Pergere in Italiam Joannem, ut eam regionem contemplaretur, ut Campaniæ, & Siciliæ oram legens, eorum locorum peritiam teneret. Occiosas urbes, & amœna loca, & si qua Maria interjacent, circumiturum. Nullum hostem lascendum, nullum prorsus prælium futurum. Hæc opinio multos domi continuit. Ex Hispannis proceribus unus tantum Bernardinus Carrillus, animo ferox, & in bellum semper propensus Joanni se Comitem dedit. Addit se etiam Didacus Mendoza Zeneticæ Marchionis Viduæ filius, Infantatici Ducis Frater, Strenuus Juvenis, & bello Melitensi ob virtutem spe amplissimæ, uti vulgo nominant, commendæ donatus. Fuerat enim paulo ante militiæ Divi Joannis ascriptus. Idem faciunt Ferdinandus Saavedra Castellarensis Comitis natu major filius: Marchionis de la Guardia tres Fratres, Franciscus, & Joannes, & Augustinus Messiæ: . . . . . . de Velasco Nieva Comitis frater: . . . . . . de Guzman Comitis de Olivares frater, Joannes de Ayala Toletanus, Augustinus de Cardenas, aliique nobilium Juvenum non pauci occium & soccordiam domesticam perosi, & tamquam magnum aliquid eventurum jam præsagirent.

Sed enim ut pro dignitate Regis Frater, & tantus jam Dux magnificentior & splendidior in Italiam pergeret; inclyta & familia, & domesticus Comitatus amplissimus constituitur. Ferdinandus Mendoza Plieguensis Comes, domus præfectus deligitur: Cohortis etiam Custodum præfectura filio ejus natu majori Ludovico Carrillo, veteranæ jam militiæ adolescenti, demandata. Ludovicus à Cordoba Suessani Ducis frater, patruelis Summus Stabuli, Rudericus Benavides Sancti

Stephani Comitis frater, vetus admodum miles, summus etiam cubiculi præfectus declaratur. Rudericus Mendoza Moroni Dominus domus præfecturam sub Plieguensi jubetur suscipere. Summos Cubiculi Ministros tres Rudericum Pimentellum, Joannem Guzmanum, Petrum Zapatam, Austrius jam diu antea habuerat. Tertius nunc Philippus Heredia Comitis de Fuentes frater tertius, adjungitur. Ludovicus Requesendius magnus, ut vocant, Legionensis in Divi Jacobi militia Commendatarius Joannis ipsius Vicarius Dux, (Locum tenens vulgo dicit) cæterique classis insignes ductores de more perrexere. Eminebant in his Andreas Auria Genuensis Dux acer, & rei maritimæ inter ceteros sine controversia peritissimus: Alvarus Bazanus Sanctæ Crucis Marchio, cui ob eandem rerum maritimarum peritiam & spectatam virtutem, triginta trirremium, quas Neapolis in Campania regnum instructas semper habet, imperium jam diu est traditum: Joannes Cardona decem etiam Siciliæ triremibus præest. Minores sub his duces Martinus Padilla, Egidius Andrada, Joannes Vazquez Coronado, Alfonsus Bacanus, Bernardinus Velascus, aliisque nobiles, & Strenui Tetrarchias triremium habent. Unus Santius Leiva viginti triremium, quas habet semper Hispania Dux, remanere jussus est. Provintiæ suæ oram tutaturus. Alioqui senis Ducis, & longo experimento probati consilium atque opera inter præcipuas in tanta expeditione duceretur. Religionis etiam cura in primis habita. Et ut haberet Austrius domesticum Sacerdotem, qui sacris cum dignitate præesset, Hieronymus Manricus clarissima familia natus, litteris & prudentia præstans cum majoris Sacellani titulo & munere, eidem tribuitur; ejusque dignitas aliun-

de

de prætera augetur. Sanctum Inquisitoris fidei munus multis annis gesserat: nunc Summus Inquisitor Siciliæ, Neapolis, & Mediolanensis Ditionis creatur. Barchinonæ aliquandiu Joannes cum nepotibus Principibus desedit, dum triremes expectat, quæ Cartagine millia militum quatuor erant advecturæ. Bello enim Granatensi finito, qui ex Italia Hispannorum exercitus advenerat, eo erat reducendus: & quidquid etiam militum supererat in supplementum tam classis, quam Italici exercitus transportabatur. Interim tamen, ut quales milites, qua modestia & honestate ducere secum in sacram expeditionem Joannes vellet, ostenderet: meretrices omnes, quæ magno grege solent triremes commitari, jubet subsistere: nullique feminæ, cujus maritus aut navigationis commes non iret, aut in Ittaliam non cohereretur; triremes intrare non est permissum. Sub militum adventum oram tandem solvit Joannes die Julii vigessimo quarto, fausto prorsus & Hispannis nostris lætissimo, quod vespertina celebritate Divi Jacobi Apostoli, Patroni nostri adversus Sarracenos potentissimi insignis haberetur. Prospera navigatione usus cum paucis diebus Genuam pervenisset: Hernestus & Rodulphus terrestri itinere in Germaniam superiorem proficiscuntur, ipse cum classe Neapolim contendit. Expectabat ipsum Romæ Pontifex cupidè, vexilum Sacri fœderis cum solemni pompa & Sacri Senatus, totiusque Populi Romani ingenti lætitia eidem traditurus, coramque præsenti multa diligenter commendaturus. Sed quia æstatis tempus præceps jam nullam moram rebus quærendis permitebat, & Turcarum classis impune jam diu circumquaque grassabatur; Joannes de Ducum consilio nihil cunctandum ratus, benigne à Pontifice im-

impetravit, ne ulla ipsum se mora distineret. Et quoniam pro officio Joannem opportuerat Summum Pontificem adire, pedibus ejus supplicem provoluit, mandata quæcumque vellet, accipere, & Christi in terris Vicarii, Sanctissimique privatim hominis & Deo chari benedictione accepta, prosperum tantæ expeditionis principium capessere, Pliguensem Comitem domus suæ majorem Præfectum triremi vectum ad eum mittit, qui supplex suo nomine Pontificis pedes de more osculetur, officio plene satisfaciat, ejus mandata diligenter accipiat, & ad se perferat.

Classis per hoc tempus Turcarum maria nostra miserè infestabat. Constantinopoli enim medio Aprili mense solvens Ali Bassa duce, cujus erat apud Principem, quem Turcæ magnum dominatorem vulgari compellationis fastu appellant, ob navalem peritiam testamque fortitudinem summa auctoritas, & arcta etiam per uxorem affinitas. Ducebat is secum duos filios Sahin Bei adolescentem duo de viginti annos natum, Mallebat Bei puerum adhuc duodennem, nimirum, ut nauticam militiam præcoci tyrocinio sub tanto Præceptore patreque eodem suo discerent. Et quamquam summum ei classis imperium traditum à Principe fuisset; de more tamen dux ei alter adjunctus est, qui si quando terra esset gerenda, summum imperium & ipse teneret. Pertaus ei nomen fuit, Bassæ dignitas, quæ summorum procerum apud eam gentem est maxima. Et quod hæc prima magni Dominatoris esset expeditio navalis, certatim Turcarum primores pergunt naves conscendere. Genizarorum Agá, Summum Ducem ita appellant: Armamentarii Constantinopolitani prefectus, Dargamus: navalis etiam Summus Questor, Mustapha: Scelubius Græciæ

totius, & Clarissimarum Insularum circumjacentium multi prefecti, cum plerisque aliis proceribus nobiliumque Juventute simul proficiscuntur. Religione etiam tacti & pia ut sibi videbatur accensi nostrorum æmulatione, apud quos solemne esse audierant vexilum multa præce publicè in templis sacrari; quod numquam antea Turcis ferunt usitatum, suum ipsi vexillum, quod regia quadriremi sublime deferretur, Mecham Arabiæ urbem ad Mahometi Pseudo-Vatis sepulcrum miserant, ut ipsum contingeret, & ibi precibus additis augustius fieret. Id pro nostrarum mensura non admodum magnum, linteo albo totum pretensum fuit. Litteras circum habuit utrinque grandiores auro fulgentes, in quibus hoc fuit tantummodo scriptum Deus Magnus: Deus Potens, Deus pugnator, Deus victor. Altera parte orbis formam magni depictam: altera orbis etiam quatuor minores efigies preferebat, litteris minutulis, quæ legi vix poterant plenas. Classis Constantinopoli solvens triremes ducentas triginta tres cum aliquot biremibus ducebat. Euboeam Insulam (Negroponte nunc nominatam) cum pervenisset Lochialus Argiære, in Africa præfectus, Aimus etiam Sabajus indidem Africa Tripolitanus Præfectus cum triremibus octo, duodecim biremibus sese conjungunt. Piratarum etiam paulo post biremes triginta Cretam jam petenti Hali advenere. Viginti deinde triremes Carapero Duce Cyprum missit ad belli, quod ibi ad famam Augustam gerebatur, subsidium. Classis Cretam cum pervenisset expositis magno numero militibus immunita quæcumque impugne vastare, & incendio absumere. Tria ibi majora oppida, Apicornum, Bastiam, Petimum cum vicinis villis eam cladem, octingentis inde etiam captivis abductis miserius

per-

pertulere. Zacinto deinde venetorum Insula ad eundem modum vastata, Cephalonem adnavigans, multo miserius, quia munita non erat, direpit, & captivorum sexmillia inde asportat. Corcyram postea, quæ Corfu nunc dicitur, agressus, municipii quod in ea Insula est munitissimum, Suburbana omnia vicosque incendit, templa disjectis & discissis probrose Imaginibus fœdavit. Reliquas Venectorum Insulas in Jonio circumjacentes, & Dalmatiæ oram eisdem Venetis magna ex parte subditam infestus postea addit, Soppotum, Dulcignum, Buduam, Antivarim & Dispiccium in his regionibus cum hominum quatuor milibus cepit. Triremes quatuor, per hosce dies cohorta repente tempestate, ibidem amissit. Catarus urbs in eadem Dalmatiæ ora inclyta, venetorum etiam ipsa, restabat, quæ præsertim, ut erat in principis mandatis, petebatur. Ea leviter non erat tentanda, sed diutina obsidione capienda. Eo ipso itaque tempore, quo terrestris exercitus eo missus pervenerat, & ipse Hali cum classe appulit. Urbe terra, marique obsessa, premere illico per dies aliquot validius, & munitionibus intercludere, quod spe potiundæ civitatis teneretur: donec repente nuntiatum est Joannem Austrium cum magna classe pervenisse ad illum ex sacro fœdere triremes undique convenire. Quare soluta obsidione nuncium celeri cursu Constantinopolim mittit, quo cum Principem certiorem de omnibus facit, ut denuo quid sibi agendum deinceps sit præcipiat. Jam tunc auditus tantum Joannis adventus ipsum terrebat: tanquam perniciem jam inde suam tacitè sibi animus presagiret. Ipse cum ex terrestri exercitu militum sexmillia, Genizari autem omnes aut Spæes fuere, triremis imposuisset. Sinum Corinthiacum retro petens, Naupac-

pactum, Lepantum nunc dictam urbem, in ejus sinus faucibus sitam, se recepit. Sed nos ad Plieguensem revertamur: quem, ut est insigni comitate & benignitate multis charus, multi nobilium juvenum, Romam proficiscentem commitari voluere. Triremis ergo probe militibus instructa, nobilitatis etiam robore aucta urbe veteri in Campania cum solvisset, & pelagus Romanæ pene jam oræ legeret; à longe duas Turcarum biremes conspicatur: capere eas pugnando, fugientes insequendo de communi consilio Fernandus constituit: armari suos, & ad pugnam expediri omnia jubet. Credebatur fuga Turcas salutem quæsituros. Illi vero (tanta est ferocia, tantus navalis nostræ militiæ contemptus) impavide triremem aggrediuntur. Mendoza, qui in tam ignobili pugna nobiles periculo, quantum posset, eximere cuperet: dum illorum ardorem in hostem præcipitantium comprimit, proruentium concursu prolapsus pedem cum vulnere etiam intersit. Dubia victoria numquam stetit: impetu nostrorum in biremes valide in silentium conterriti & oppressi superantur, & paucis occisis plures vivi capiuntur. Exigua victoria magnum porro omen & lætissimum dedit, omnes felix faustumque principium exultantes acclamabant, sacrum fœdus vincendo incipere. Quum de rebus agendis tantummodo consultetur, victorias objici. Ita lætus Romam Comes ingreditur: lætum de suo adventu Pium Pontificem, de insperata victoria lætiorem adiit. Gratiæ Numini actæ non tam victoriæ, quam conceptæ spei, & fausti ominis magnitudine: erigi nimirum omnium animos, & exultando avendi. Qui erit Austrii impetus, qui suis in transcursu victoriam obviam sedare videat? Quid futurum, cum classis tota simul conjuncta maria oppleat,

& tot nobilium, tot militum ardore in Christiani Nominis hostes decertetur? Deum jam de Cœlo signum dare: Vota Pii V. & preces jam prævalere: Sacri fœderis Summo Christianæ Reipublicæ bono initi fructum respestive jam ostendi. In ea lætitia Pius Pontifex Antonium Carrillum Comitis filium impuberem adhuc, qui tamen maritimo prælio pugnasset, clara militis titulo cum eqüestri dignitate insignivit, & solemni ritu ad D. Petri Apostoli Altare ipsemet sua manu accinxit. Actum hinc in publico Senatu de inaugurando Christiano more novo Duce, qui Romam venire justis de causis impediebatur. Cardinali itaque Perennoto Atrebatensi Episcopo, qui Neapolim vice Regia Philippi gubernabat, ea cura demandatur. Vexillum propterea sacri fœderis ab ipso prius Summo Pontifice legitimis precibus ad D. Petri Apostoli altare consecratum, ad eundem mittitur, ut Austro, qui eo jam appulerat solemni more traderet. Egit deinceps de tota expeditione cum Comite sine arbitris Pontifex: neque multa tamen fuere, quæ ediceret. Summis votis jam diu expetabat, ut Sacri fœderis classis hostilem ultro quæreret, & cum ipsa confligere: fidutia illi tota in Deo posita, & tamquam cælitus admoneretur, ita assidue pugnandum esse clamitabat. Id per publicas de Summorum Pontificum more litteras, quas Breves vocant, Philippo & Venetis sæpe significarat: id etiam Epistolis privatim sua manu exaratis, quod numquam Pontifices solent, poposcerat. Philippum etiam his privatim Epistolis antea monuerat; caveret ne quis suorum ejus animum suasionibus ab Sacro fœdere averteret. Sperare se Deum precantem, & magna quadam certitudine de ejus benignitate confidentem, ingens aliquod bonum Rei Christianæ de Sa-

cro fœdere consecuturum. Movebat Summi Pontificius auctoritas, & viri in primis Sanctitas qui cum Monachus, senio confectus, & rerum Sacrarum curis totus immersus, nihil de bello videretur posse cogitare: in hoc tamen unum tanta sollicitudine, sumptu, & industria incumbebat; ut in hoc unum, quasi reliquis posthabitis, animum & curas omnes intenderet. Quod ipsum etiam magno opere Philippum commemorat, ut Sacrum fœdus jam diu antea coire vehementer cuperet, & nunc pugnandi consilia comprobaret. Et religione prorsus omnium animi vulgo etiam tangebantur. Instare Deum & pia consilia, ut solet, si quando propitius aspiceret, urgere, multi passim afirmabant. Id unum igitur nunc Austrio ab Pontifice in mandatis per Comitem datum, id publicis, id privatis, & autographis litteris seorsum ei præscriptum: quamquam per easdem jam antea semel, atque iterum cum Joanne de eodem suo pugnæ desiderio diligenter egerat, & obnixe pugnandi consilium, & amorem eidem commendaverat. Et comitem quidem tandem ab se recedentem seorsum Pontifex semotum, Cœlum intuens, hujusmodi, ut ipse postea referebat, verbis alloquitur. Scio, Ferdinande, pro dignitate, prudentiaque tua, proque tuo apud Austrum munere & loco, quanta tua sit in consiliis dandis auctoritas. Pro tua vero in Deum fide & pietate, quam tibi res Christiana cordi sit intelligo. Per ego te igitur Dei optimi Maximi præsens, quod nos intuetur auditque Numen: per Jesu Christi vulnera & Sanguinem, quo Christianam Ecclesiam mercatus sibi constabilivit, peto & obtestor; ut pugnam semper suadeas, ut ultro hostem requirendi Auctor esse velis: neque pro Summi Pontificis majestate idme jubere existimes.

Deus ipse est qui hoc præcipiat, & manifestus eflagitet. Deum vos, Dei veri cultores pugnæ auctorem & ducem sequimini. Neapolim tandem Comes revertitur. Ibi Perennotus Cardinalis de inaugurando Duce, tradendoque Vexillo constituit. Die igitur . . . . quæ Augusti mensis . . . . . . fuit, in Divi . . . . Templum magnifice antea constratum convenere. Perennotus ingenio acer, prudentia insignis cum Comiter, ut decuit, & reverenter Joannem usque ad Templi fores, sinister adequitans, deduxisset: Templum pedes ingressus, ut qui jam summi Pontificis vices ageret, dextrum se deinceps collocavit. Sacris peractis, novo duce Sacris precibus benedicto, vexillum ei sua manu Cardinalis tradidit, Sanctissimis illis verbis usus, quæ jam dui solemnia Sancta Romana Ecclesia conservat. *Accipe vexilum cœlesti benedictione sanctificatum: sitque inimicis populi Christiani terribile: & det tibi Dominus gratiam, ut ad ipsius nomen & honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres in columnis & securus.* Vexillum autem ipsum admodum magnum cœlestis coloris Damasceno Sericeo pretensum, efigiem Jesu Christi Domini nostri Crucifixi habuit, infra quam Summi Pontificis insignia, hinc inde Philippi Regis, & Venetorum nodis venustissimè colligabantur, Joannis Austrii insignibus imminentia.

Verum enim vero Neapoli jam profecturus Joannes, clarum gravitatis suæ, & militaris severitatis edidit exemplum. Egerat cum latronum, quos foraxidos Itali vocant, Duce Prosper Columna Pompeii fratre, ut cum trecentis suis sacram expeditionem insequeretur. Impugnitatem ante actorum scelerum eidem Austrii nomine pollicebatur. Accepta conditione, litterisque Aus-

trii

trii chirografo signatis, jam tutus, Neapolim venerat. Fuit eidem de re nescio qua cum pro Regis assesore altercandum; cumque ferocius quam Jurisconsultus vellet, obloqui, & fuere homo militaris & liberiori vitæ assuetus videretur, comprehendi hominem jubet, & pene indicta causa laqueo strangulari. Ubi id ad Joannem est perlatum, Jurisconsultum ad se in regiam quinqueremum accersitum, de ejusdem antemna fracta itidem laqueo gula jussit appendi. Terribile & crudele potius quam severum exemplum videri posset: nisi veneranda, & pariter pertemiscenda Summi Ducis auctoritas, in qua plurimum momenti in bello situm est, talibus suppliciis esset sancienda.

Inter hæc sacri fœderis fama, quæ totam antea Italiam suspensam tenuerat, quo tandem ejus consilia converterentur expectantem: Ubi occursuram hostium classi nostram est auditum, tanti nuntii alacritate multi procerum ac novilium permoti de insequendo bello cogitare ceperunt.

Farnesius Octavii Farnesii Parmensis Ducis filius, Austri ex sorore nepos, Cisalpina nobilitate ferme omni stipatus, Messanam Siciliæ urbem, ad ipsum, eo enim jam trajecerat, se contulit. Urbini Ducis filius magnam etiam nobilium manum excivit, secumque adduxit. Siciliam pro Rege eo tempore carentem, terræ novæ Dux cum presidis nomine & potestate gubernabat: ejus filius natus major Hyblæ Marchio, adjuncto secum fratre, sacram expeditionem est insequutus. Idem fecerant Paulus Jordanus Ursinus, Dux Montis Draconis . . . . Pii Pontificis per sororem ab nepos, Pompejus Columna, Octavius Gonzaga, Vincentius Vitellus, ... Asculitani Principis filius; multique alii spectatæ nobilitatis adolescentes, qui undique tota

ta Italia convenerant. Classis etiam Sacri fœderis tota jam in ejus urbis portum se receperat. Ea habuit triremes quindecim supra ducentas: Sex præterea majores & valentiores Venetorum, quas Galeazas ipsi usitato nomine appellant. Remis triremium more aguntur; sed multo sublimiores & vastiores de loco superiori depugnant: militum & tormentorum multitudine prevalent. Austrius ipse centum & sex triremes in his habuit, in quibus Hispania quindecim, Neapolis triginta, decem Sicilia, totidem publici Genuenses subminiserant. Joannes Andreas Doria undecim suas, & Genuenses nobiles quidam tredecim ducebant. Summi Pontificis Marco Antonio Columna Duce duodecim fuere. Sabaudiæ Ducis tres; Sancti Joannis Militiæ totidem. Reliquæ centum & novem ab Venetis fuerant missæ. Augustinus Barbadicus Venetus Vir tanto dignus Imperio Classis erat Summus Præfectus; secumque Menetæ nobilitatis insignes Juvenes quam plurimos adduxerat. Hos præter generis claritatem, majorumque exempla, Patriæ amor, qui est in ejus Reipublicæ Patriciis ardentissimus inflammabat, ut sese pro illa strenuè in tanta expeditione devoverent. Eminebant in his Austrius præterea viginti quinque onerarias naves, commeatibus bellicoque apparatu plenas, cum majoribus Scaphis, quas Fragatas nominant, quinque & quadraginta, maritimis usibus sua celeritate admodum opportunas, adjecerat. Neque navium numero tantum fidens, sed quam probe rebus omnibus instructæ essent providens, perlustrare ipse omnes instituit. Armis ergo fulgentibus tectus, majori Scapha inclytis Ducum comitantibus, singulas circumvectus, singulas etiam conscendit. Si quid deesset supplere pergit: Venetiæ militibus defectæ videbantur. Quinque igitur mi-

millia ex suis tam Hispanis quam Italis, quadragenos singulis attribuens in supplementum dedit. Frumento etiam earumdem inopiam sublevavit Columnæ etiam panis penuria laboranti, subventum est. Tela preterea igneæ materiæ, quæ in hostem accensa jacerentur, multa novo ingenio comparata. Jaculorum inter cætera sexmillia fuere, quæ ignem ubi semel concepissent, extingui nullatenus poterant. Nihil denique pretermissum, quod aut pugnæ navalis apparatus postularet, aut ingens ejus desiderium in Duce posset ostendere. Variabant tamen adhuc consilia, nec certo tamen pugnandi decreto confirmabantur. Maturandum Joannes cum suis Hispanis esse dicebat, & propere confligendum. Ipsum hoc consilium Columna Pontificis Dux urgebat. Venetus cum Italorum plerisque cunctari, & moram trahere volebat; ut levi aliqua expeditione, instante hyeme, tentata, in sequentem annum majori ope, numero navium majore certa victoria de hostili classe peteretur. In his deliberationibus Comitis Plieguensis una semper vox tantummodo est audita, quæ ipsum benemorem Pii Pontificis cohortationis ostenderet. Decertemus, ajebat; id Summus Pontifex jubet: id vir Sanctissimus monet. Ipse interea Pontifex cui nullus pugnandi ardor, nulla celeritas satis esse videretur, Odescalcum Episcopum sibi inter primos charum, nuntium cum solemni legatione ad Joannem miserat. Summa totius legationis hæc fuit. Probe firmato pugnandi decreto, properaret classem conscendere, atque in hostem procurrere. Ad hæc Austrius præsentibus aliquot proceribus respondit. Se quidem nihil prius aut majus præoculis semper habere, animo nihil magis optare, quam ut aliquo insigni facinore ex Sacro fœdere Dei gloria suo obsequio & labore sublimior augeatur. Deinde quantum peculiari

stu-

studio & voluntate incendatur, quantum in Regis Catholici fratris mandatis habeat, quantum Caroli quinti Patris clarissimi exempla instimulent, & Pii Quinti Potissimum jussa cogant: dedisse jam operam, daturumque deinceps, ut quo ipse sit ardore cum hoste quam primum decernendi, manifeste orbis intelligat. In tanta namque consiliorum diversa sentientium varietate, *& Italis præsertim, præter paucissimos moderatiora suadentibus*; se numquam quievisse, pugnæ apparatum bene magnum magno suo sumptu comparare. Triremes præterea omnes ipsum se armatum tanquam jam signum ad prælium daret invissise, milite commeatu & armis denuo suppleсse, & instruxisse. Hæc si non satis Summo Pontifici facerent, si non satis suum ad pugnandum animum declararent, testem se voti sui & voluntatis Deum advocare. Hæc dicens Crucifixi Domini nostri efigiem (nam in cubiculo, ubi ad lecti caput propendebat, legationem acceperat, dabatque responsa) manu contigens, jurare per Christum Servatorem pergit, se quacumque ope, quacumque vi possit, hostili classi, quam primum detur occursurum & cum ipsa decertaturum. *Addit etiam illud in fine inflammati animi, militisque furentis ferox verbum. Intelligo interim pugnandi negotium ejusmodi rem esse quæ mercatorum manibus tractari illorum consiliis non debeat permitti: Venetorum nimirum, & quorundam Genuensium sive cunctationem, sive væcordiam perosus, qui pugnam tantopere viderentur detractare.* (a)

Le-

(*a*) Quæ hic cursiva littera referuntur, subjeta linea in margine notantur, in autographo cancellis inclusa, & obliquarum linearum impressione deleta sunt. Auctor tamen è regione eorum ait: *Aunque es verdad no se ha de decir.* Manu propria.

Legatum ab hac oratione partem etiam apparatus ad pugnam comparati jubet inspicere: & igneæ materiæ jacula, quam potenter arderent ipsa, & contacta quæcumque inflammarent, intueri. Immissum in ligneam portam unum, tandiu valide ipsam incendit, ut servi quam plures haustam aquam super injicientes, donec ignea materies superfluit, extinguere non potuerint. Spei plenus Odescalcus ad Pontificem redit, cum Vicariam ejus curam Hieronimo Manrricho reliquisset. Ad christianam fiduciam, piumque militum solatium eidem graviora omnia crimina absolvendi potestas tradita fuit: piis etiam indulgentiæ, ut vocant, plenioris subsidiis, eam sacri fœderis expeditionem in sequentibus concessis. Relicti insuper viginti Roma ab Pontifice missi arctioris Franciscani Ordinis (Scapuchinos Itali appellant) Monachi, cum totidem Societatis Jesu Sacerdotibus, qui Hieronimo semper adessent, Sacras militum confessiones audirent, ipsos pie admonerent, ægrotis ministrarent, assiduisque precibus & sacris Deum placarent. Ipse Pius Pontifex, Religionis Christianæ ardentissimus cultor, Austrio ipsi, Ducibusque omnibus obnixe per Nuntium suum duo potissimum commendaverat, & diligentissime præceperat. Caverent in primis ne qua in Deum, Sanctosve blasfemia in exercitu audiretur. Darent deinde operam ut Sanctissimæ Virginis Mariæ, Christi Matris præsidium & tutelam frequenter omnes privatim publiceque implorarent: sub ejus potissimum post Deum patrocinio tota illa sacri fœderis expeditio militaret. Et Austrius, tum horum præceptorum, religiose memor, tum etiam animo semper & votis sua sponte in Deum & omnem Religionis Christianæ cultum propensus, multa in hoc ipsum jusserat.

sacræ pompæ, quibus ipse sæpius intererat, Messanæ frequenter ducebantur. Postquam etiam peccata confessus Sacratissimum Domini N. J. Corpus sumpsisset, suo exemplo & monitis, Duces omnes milites passim se eundem in modum Deo consecrabant. Tandem sexto decimo Septembris die, quem Dominicæ Resurrectionis memoria, quæ octavo quoque die celebris recolitur, hoc anno festivum reddiderat, cum sacris Joannes interfuisset, idemque sui omnes fuissent, religioso in primis, indeque lætiori principio, Regiam quinqueremem ipse, cæteri suas quisque triremes, ut ante ex præscripto fuerant distributi, conscendunt.

Dum hæc Messanæ aguntur, Hali hostium Dux ad Naupactum mandata jam magni Turcæ receperat. Ea paucis verbis, de more comprehensa, insolentissima, & superbiæ inauditæ plena fuerunt. Ipsæ enimmet literulæ, auro, quod ei principi majora precipienti est usitatum, inclusæ, in nostrorum manus post victoriam pervenere. Earum hæc tantummodo verba fuere. *Ibis : Classi Christianorum occurres : ipsam delebis : Catarum capies : ibidem hyemabis, mandataque nostra denuo præstolaberis.* Ita se in altum superbus ille tyranni Summi Dei hostis fastus extollebat, majori paulo post ruina deprimendus. His itteris acceptis Hali, non minoris ipse spiritus Dux, ad prælium omnia in eo Portu comparabat. Peloponnesus, Morea nunc dicta regio, ex adverso erat propinqua in qua Medonem, Coronem & alia munitissima Præsidia delecti milites tenebant. Eos omnes evocatos per triremes distribuit. Greciæ præterea Præfectus, Vellerbeyum appellant, & ipse ex suis Genizaris mille quingentos adduxit. Majorum tormentorum quicquid libuit ex vicinis præsidiis Hali

in

in classem imposuit: & quid nostri molirentur expectabat: quas jam ex Sicilia egresos, pyratis aliquot ad explorandum præmissis, compererat. Austrius Corcyram jam apulerat. (*a*) Ibi templorum ruinæ, Sacrarum Imaginum strages, de quibus antea diximus, quemadmodum nostrorum lacrymas expresserant, ita animos religionis injuria commotos vindictæ ardore concitaverant. Egydius Andrada cum quatuor tetrarchiæ suæ triremibus, & majoribus aliquot Scaphis tunc dimittitur, qui certius aliquid de hostium classe perquirat. Die Septembris trigessimo Legumenicum Epiri, quæ nunc Alvania dicitur, Portum classis tenuit. Eodem Andradæ Nuntius cum ejusdem litteris venit, quibus præscriptum erat, in Naupacti adhuc Portu hostilem classem sese continere: milites undique conquirere; reliquaque ad pugnam omnia diligentissimè comparare. Remanserant Golsæ (Portus is est, unde retro solverat Joannes) Veneti cum sua classe. Propere ad eos Joannes Marcum Antonium Columnam, Pontificis Ducem, mittit, qui pro sua auctoritate moneat, festinent cum reliqua classe conjungere. Instare hostem, ex propinquo subito venturum: singula temporis momenta plurimi tunc fore: celeritatis præmium ingens adstare. Petit insuper, ut Veneti ex eo oppido milites, qui in præsidio sint, in supplementum triremibus imponant: intelligant, eas etiam militibus ab se acceptis nondum plenè fuisse firmatas. Ubi igitur Veneti tum Joannis imperio, tum Columnæ auctoritate Legumenicum jam convenissent: recensere idem exercitum. (*b*) & classem.

 Erant

(*a*) VII. Kal. Oct. inde in Cephaleniam pervenit cum instructa classi.

(*b*) Hucusque tantum descripsit auctor Christianam clas-

Erant enim triremes ad ducentas & novem, quarum Pontificiæ duodecim, Regiæ octoginta una; Venetæ centum & octo; Sabaudiæ Ducis duæ; Reipublicæ Genuensis tres; Jerosolimitani ordinis tres, præter sex majores Venetorum triremes, quas vocant Galeatias, quibus Franciscus Diodus vir intrepidus præerat: & viginti quatuor naves onerarias, quas Cæsar Avalus, genere & bellica virtute clarus, gubernabat. Sed is cum navibus ab Austriaco præmissus, tempestate retardatus, Sociæ Classis cursum tenere, & navali prælio interesse non potuit. His accedebant Celoces fere Septuaginta: armatorum vero militum numerus erat ad viginti millia, præter remiges & operas, & item eos, qui huic militiæ ultro nomen dederant, quorum tria millia & amplius fuisse traduntur. Provehebatur christiana classis, eo igitur ordine instructa: quo jam antea Corcyram versus, in ordines distribuitur classis. Austrius in acies explicare, atque ordinare instituerat; quatuor nimirum in partes ita distributa, ut mediam aciem, cornua duo, & subsidia constitueret. Medium agmen septuaginta & una triremium ipse ductabat Austriacus: cujus latera cingebant, dextrum Pontificia, lævum Veneta prætoria: illi Marcus Antonius columna, huic Sebastianus Venerius, Socialis belli Duces, cum potestate præerant. Dextrum cornu, quod erat quinquaginta quatuor triremium, ducebat Joannes Andreas Auria, jussus, ut antequam iniretur pugna, semper alios antecedens ad sexmillia passum in altum procederet, ac sub certamen in locum suum æqua fron-

classem: ne autem pugna tanta, tamque gloriosa de Turcis reportata victoria hic amplius desideraretur; eam ex Gabutio excerptam adjicere curavimus.

fronte pugnaturus reveheretur. Lævum cornu, in quo erant pariter triremes quinquaginta quatuor, regendum dedit Augustino Barbadico, Summo Venetæ classis Procuratori: cui Sfortia Comes Sanctæ Floræ, regiis Italicæ Nationis Copiis Præfectus, adjungebatur. Postremam aciem, quæ à tergo navigans è triginta constabat triremibus, regebat Alvarus Bazanus Marchio Sanctæ Crucis, agmenque claudebat, huc & illuc opem allaturus, prout casus & incursus hostium poposcisset.

Modicum intervallum mediam aciem à cornibus dividebat; subsidia suis quæque locis assignantur. Austriacum Ludovicus Requesensius, ejus Legatus, suis triremibus munitus sequebatur: Genuensium prætoria, in qua Alexander Farnesius Hectore Spinola Duce vehebatur, columnam sufsfulciebat: Ducis Allobrogum prætoria, in qua erat Urbini Princeps, Andreæ Provanæ Linii Comitis ductu, post Venerium in subsidiis constituitur: qua media acies à sinistro cornu dirimebatur, Petri Baptistæ Lumellini prætoria, quam Paulus Jordanus Ursinus regebat, subsidio futura navigabat: post cornu dextrum Petrus Justinianus, Mellitensium triremium Præfectus, erat constitutus. Antonius Canalis & Marcus Quirinus, Venetæ classis Legati, lævum ille, hic dextrum cornu sequebantur: Joanni Cardonæ, decem Sicularum triremium Duci, qui in agmine erat Auriæ cornuque dextrum ad Regiam claudebat, erat imperatum, ut cum suis triremibus ad decem millia passuum continenter præcederet, & simul atque hostilem classem prospiceret, suum in locum revectus, classiaribus de rebus omnibus admoneret: suasque triremes ita divideret, ut quaternæ quidem singulas utriusque cornu prætorias, reliquæ vero duæ Imperatoriam præmunirent. Ad cornua porro

Suis, cuique parti attributis subsidiis.

ro singula, & ad mediam aciem binæ majores triremes remulco trahebantur.

Et assignatis officiis in tempus pugnæ.

In diem autem pugnæ condixerat, ut simul ac vexillum magnum à Pio Pontifice missum ad Regiæ puppim extensum conspexissent, colligerent sese omnes, atque acies instruerent & ordinarent, agminibus ita distributis, ut unam frontem omnes objicerent hosti, tam in acie media quam in utroque cornu, ac majores triremes quisque suas ad milliarium ante navigare juberent, quæ singulæ tanto inter se intervallo disjungerentur, ut universam Christianæ classis ad quinque milliaria late patentis frontem æquarent, eique propugnaculo essent; & copiosa, quam secum devehebant, æneorum tormentorum vi primæ cum hoste congressæ, quanta possent maxima in eum inferrent damna, aciesque illius, uti fecere, disjicerent ac perturbarent. Distribuerant præterea quingentos milites, in alias majores triremes singulas, minoribus tormentis instructos, qui de operto loco tuti hostem glandium procella verberarent: erant enim ea præalta amplaque navigia, veluti munitissima propugnacula. Prætoria vero quæque, diversa ac diversis affixa locis vexilla gestabat; & quæ prætorias sequebantur, triremes cum illis ejusdem pariter colloris ferebant signa. Triremes non constipatæ, sed modico intervallo inter se distantes collocantur; ut ad emittendos tormentorum globos, ubi tempus posceret, spatium relinqueretur. Pontificiæ, Regiæ, Venetæ triremes intermiscentur; ut æquata omnibus commodi incommodive conditio majorem auxilii mutui curam singulis injiceret. Quin etiam inter firmas infirmæ distributæ, quæ tamquam alis meliorum protectæ hosti fortius obsisterent: sed & milites ipsi non omnes separatim per nationes,

Circa discrimen nationum.

ve-

verum ad mutuam concordiam, opemque fovendam, prout opportunius videretur, tota classe distincti.

Navale prælium, & victoria de Turcis reportata.

Per hunc modum instructa classe, nostri jam de hostium apparatu certiores facti, pridie Nonas Octobris, hora tertia noctis, favente cœlo ac luna, è Cephalonia movent: ac postera die, quæ dies erat Dominica, ad Echinadas insulas prima luce devecti, Joannem Cardonam cum octo triremibus ad portus naturam perspiciendum emittunt. Subinde classis ad aquandum sensim progrediebatur ad amnem Achelonium, qui Ætoliam ab Acarnania dividens, late tortuosus in mare devolvitur. Præcedebant dextri cornu triremes, quæ prætoriam Auriæ sequebantur: qui ut primum ex illis insulis evehi cœpit, sub alteram lucis horam; Turcicam classem circiter quindecim millia passuum distantem prospectans, id continuo significavit Austriaco: qui etiam ex Regia trireme, albescente cœlo, adventantem hostem prospexerat. Neque inde triremes admodum accelerandas esse ratus, ne qua illis in aciem dirigendis confusio nasceretur, culparum Indulgentiam, quam universis depugnantibus pro potestate Pius liberalissime concesserat, jubet promulgari, pugnæ signum extolli, & omnes se ad dimicandum comparare. Sacerdotes à Pontifice missi, triremes omnes obibant, militum errata brevem per confessionem expiantes; Christique de Cruce pendentis effigies per naves circumferentes, præclare hortabantur omnes, uti bono essent animo; nec dubitarent, Christum Deum, pro cujus sanctissimo nomine dimicaturi essent, è Cœlo ipsis opem allaturum.

VII. Octobris.

Christiani.

Indulgentia Pontificia promulgata.

Mox

Mox Austriacus cum in celocem descendisset, idemque Columnam & Requesensium facere mandavisset, illum ad sinistrum, hunc ad dextrum cornu circunspiciendum, classiariosque ad pugnam adhortandos emissit: ipse vero mediam aciem circumvectus, suum quemque locum tenere jussit, atque omnium animos ad certamen pie ac fortiter in eundum optimis rationibus acuebat. Nam præclare cum illis agi putandum, sive superessent, sive mortem oppeterent: superstites quidem, quod sibi tam felici certamini interesse contigisset: demortui vero, quod pro Christi nomine Christianæque Reipublicæ salute fortiter occumbentes, se per amplissimam peccatorum expiationem cum beatissimis mentibus feliciter consociare potuissent. Neque vero esse de victoria dubitandum: præsertim tam Sancto Pontifice pro ipsis apud Deum, cujus res ageretur, intercedente. Ad hæc autem respondebant milites, ne quidquam de illorum virtute dubitaret, facturos se quod fortes viros deceret. Columna quoque & Venerius aliique Duces optime confirmabant suos: nec quidquam eorum omittebant, quæ adipiscendæ victoriæ opportuna fore viderentur: quæ res ingentem Austriaco lætitiam attulerunt. Quoad imperatoriam suam reverso, tympanis, tubis, & id genus aliis instrumentis magis etiam erecti & accensi sunt militum animi; altaque voce Deus omnipotens, Trinus & Unus, invocatus est; & ipsa quoque Sanctissima Virgo Christi mater, ut quæ plurimum possit apud filium suum (quod illis præscripserat Pius) reverenter salutata.

Militibusque animatis.

His igitur cum humanis tum divinis munita præsidiis Christiana classis procedebat in hostem: qui nostros prospectans, è vestigio se ipse quoque ad pugnam accingens, in hunc modum acies ins-

Cum hoste, ultro progrediente ad pugnam.

instruxerat. Medio agmine, quod nonaginta sex fere cum triremibus tum biremibus constabat, Ali & Portaus summi Duces procedebant: dextrum cornu, quo sexaginta sex triremes vehebantur, regebant Syrochus, Cauraliusque archipiratæ: sinistrum vero nonaginta quinque cum triremium tum biremium constans numero ductabat Lucialius: à quo non nihil remotæ duodecim triremes remigabant, biremes vero triginta, quibus præerat Amurates Dragutes; alia minoria navigia cogebant agmen: Caracosa magno cum leviorum navigiorum numero alios antecedebat. His omnibus archipiratæ plurimi, iidemque fortissimi, qui luminum insignia præferebant, adjutores accesserant. Constabat Turcica classis triremibus ducentis & octo; quadraginta & septem biremibus, præter alia multa minora navigia. Jam vero hostes, inflatis animis ac velis proprius advecti Sinuosa fronte in modum semiplenæ lunæ acie compositi, mare latius occupabunt: quippe qui Christianos prius adversos, mox eos prætervicti, aversos etiam aggredi, atque ita perstringere cogitarent, ut ne unum quidem eorum effugere navigium posset. Nam quoniam Christiana classis diversis erat subjecta Principibus, putabant fore ut capta fuga sibi consuleret: præteritisque victoriis elati, nihil minus quam nostros superiores fore existimabant: minorem enim credebant classem Christianorum, quam re vera esset.

Et Christianos contemnente.

Turcicæ classis num.

Itaque ad pugnam sese expediunt: pollicentur Duces militi gratiam sui Tyranni spoliaque amplissima. Mox præliabundi, disploso magno tormento, conserendæ manus signum edidere: quibùs pari signo nostri respondere, pugnam nihil detrectantes: eaque prælii denuntiatio eodem tormentorum strepitu, iterum ac tertio, ultro ci-

Signa conferunt & primum aciem tormentis suis perturbant.

troque repetita est. Collatis inde signis, principio sex illas majores triremes, quæ nostram antecedebant classem, Turcæ obvias habuerunt: quæ multis ac validis tormentorum ictibus eminus eos percutientes, illos varias in partes fusos dispulerunt; eorumque acies ita perturbarunt, ut ingentem suorum stragem intuentes, timore correpti, ordines servare non possent. Quæ res Turcis eo improvisa fuit ac terribilis, quod nulla tormenta in ejusmodi triremium lateribus disposita esse, speculatores retulissent: neque ipsi se ad id genus certaminis, antea numquam visi, præparare potuissent: Sed id ut initium calamitatis illis attulit, ita maximo nostris adjumento ad victoriam fuit. Affulsere hoc loco Christianis nonnulla præsentis auxilii divini, eorumque conatus feliciter provehentis, indicia non obscura. Primum ventus, qui in eam usque horam faverat Turcis, reflavit illico, mareque prorsus conquievit; & omnem se ad prælium componendi, & in pugna consistendi sustulit difficultatem. Dein Sol, qui nostris adversus incurrebat in oculos, prospectumque impediebat, transmissa media cœli regione, radiis suis hostium offendebat obtutum; simulque aura quædam ab occasu leniter spirans, fumum, quem tot tormentorum excitabant tonitrua, à nostris in Turcas deferebat.

Favente vento, solo ac fumo usi.

At vero Turcæ, collectis animis ac viribus, pergebant, & magnas illas triremes vi penetrare conabantur. Sed adeo male tum accepti sunt à nostris, ut bona pars classis eorum disjecta fractaque fluctuaret. Nam quominus possent hostes ictus illos celeri cursu devitare, à vento mox non nihil aucto retardabantur: qui etiam fumo omni in illos adacto, fere omnem eis videndi facultatem adimebat. Audiebant tunc nostri fragores

Hac clade à primis triremibus edita.

mag-

magnos, ruinasque malorum & triremium, Turcarumque pereuntium stridorem inauditum. Videbant non paucas illorum triremes flammis absumi, alias amissis gubernatoribus subsistere; plurimorum cadavera, remos, antenas, vasa diversi generis arma, ferri super aquas. Et hæc quidem à solis illis magnis triremibus perpetrabantur. Sed hostes quamvis distractam multis locis classem suam perturbatosque ordines viderent, tamen furoris quodam æstro perciti, majoresque naves nostras prætervecti, non deseruerunt sese. Itaque mox prætoriæ triremesque fere omnes ita conflixere, ut non jam missilibus aut tormentis eminus, sed gladiis prope collato pede præliarentur. Nam & proræ inter se junctæ hærebant, & naves in arcto sic erant constipatæ, vix ut telum ullum in mare vanum intercideret: & cum alii in aliorum triremes insilerent, ac ferreis malleis, militaribus sicis, pugionibus, aliisque varii generis armis inter se confligerent, tantus fusus cruor est, ut mare sanguineum esse, atque ex frequentibus tormentoribus ignibus ardere videretur.

Utraque classis miscetur in pugnam.

Ducibus ac militibus tam atroci prælio dimicantibus, jam totis classibus pugna conserta erat. Sinistri cornu sociorum triremes, quæ vergebant ad Arcaniam, acriter primæ conflixerunt: graveque & longum certamen sustinuerunt. Sed Præfecti Barbadici præstantia, ac reliquorum præterea Venetorum Ducum ac militum virtus sic enituit, ut ex ea parte primum evaserint. At Barbadico, non minus egregii militis quam fortissimi Ducis partes impleti, ancipitique prælio strenue dimicanti, conjecta sagitta, lævo effosso oculo, caput trajecit, ipseque præceps cadens, inter manus ablatus est: sed extrahi sagittam noluit, donec

pugnatum esset: quod illa extracta, prædolere se illico moriturum cognosceret, optaretque se victoriæ lætitia fruentem emori. Absoluto certamine cum Victores Christianos fuisse intelligeret, è capite sagittam elici passus, gaudio plenus, elatis in cœlum manibus, immortales Deo gratias agens, vir singulari pietate, consilio, eloquentia, ac militari virtute clarus, æternaque memoria dignus è vita excessit. Tanti Ducis casum sensit utraque acies: nam Turcis in turbatam duce amisso prætoriam impigre transilientibus, actum de illa foret, ni Federicus Nanius, & Silvius Portius citato cursu hostis se fortiter objecissent: horum subsidio factum, ut Semi-capta triremis reciperetur; & atrociore prælio nostri in hostium triremes irruentes, cæso Turcarum robore, mixta cum dolore lætitia eas obtinerent. Non aliorum vero magis in hoc cornu pugnantium virtus enituit, quam Joannis Contareni, Sfortiæ Comitis Sanctæ Floræ, Joannis Baptistæ; Benedicti Cyprii, Marci Quirini, Antonii Canalis, & Marci Ciconiæ: quorum fortissimorum Ducum non minus quam & aliorum singulari ardore dimicantium robore, fractis hostibus, eorumque ducibus Syrocho, Caracossa, & aliis multiplici vulnere confectis, inde Christianis affulgere victoria cœpit: sicuti mox etiam evenit in acie media, ubi Imperatores nostri cunctis sese pugnæ periculis invictis animis objiciebant; hostemque gladio ferire, ac clypeis, & thoracibus, quibus insigniter muniti erant, telorum hostilium ictus quominus eminusque excipere, tanto vitæ contemptu, non formidabant, ut mortem ultro pro communi salute appetere viderentur.

Hoc enim loco inter summos utriusque classis Duces atrocius certamen exarsit: hic pars firmior tri-

triremium, hic militantium robora constiterant. Austriacus in Ali Bassæ regiam invectus ad proram, ab eo gravissimi certaminis impetum sustinuit: ceteris Turcarum triremibus passim suis opem ferentibus, seque tam pertinaciter defendentibus, ut Hispani vulneribus affecti, gravi cum periculo cædeque mutua identidem repellerent. Interea columna, cum triremem, qua cum diu admirabili contentione dimicaverat, in potestatem redegisset; quacumque pergeret magnam hostium faciebat stragem, ac demum in Turcarum regiam sese insinuavit. Pontificia vero triremis, cui præerat Honoratus Cætanus, cum insigni Archipirata Caracosa fortissime congrediens eum oppugnavit. Sed his postea in Joannis Baptistæ Benedicti Cypri triremem incidens, cum illo prælians interficitur: quem dum Cyprius exanguem armis expoliat, immisso ab hoste eminus spiculo & ipse transfigitur. Ex altera parte Venerius, alioqui Senex Septuaginta septem annis major, eximia virtute cum hoste congressus, victor discesserat: acceptumque vulnus in crure tandiu dissimulavit, donec hostes essent delecti: idque sic ultus est, ut prætoriam sibi infestam ceperit atque depresserit: animadversoque periculo, in quo versabatur Austriacus, à puppi Alim aggredi constituit: Si terga cæderet, fore sperans, ut ancipiti dimicatione distractus vinceretur. Prætoriam eo dirigenti, Portaus alter Summus belli Dux cum triremium globo tam celeriter sese objicit, ut cum in fronte se ostendisset, mox in latera pugnam verteret. At Venerius: cujus virtute res Veneta nitebatur, suos verbis & factis itidem confirmans, pugnantibusque se immiscens, optimi Ducis & strenui militis munera non omittit. Pluribus hinc inde peremptis, acrius Turcæ pedem infe-

ferunt. Ducibus & militibus nostris non animus, non virtus deerat: sed multitudine pressi cessissent loco ni Joannes Lauretanus, & Catharinus Maripetrus, Veneti trierarchæ militari fortitudine conspicui, periclitantibus succurrissent: qui dum aliquandiu procedente pugna, pari certamine strenue dimicando hostes profligant, glandibus transfixi cecidere.

His ducibus amissis, nostri non dejiciunt animos: sed majori ira succensi vehementius in hostes irrumpunt, aliosque trucidant, alios vulnerant, alios propellunt. Paulo Jordano Ursino duas triremes fortiter opugnanti, gravique in discrimine versanti, presto fuit Comes Sanctæ Floræ, cui bene dimicanti brachium duplici glande transfigitur: ejusque ope cessis hostibus, triremes ipsæ fractæ deprimuntur. Ursinus & ipse in crure Saucius Pontificiorum militum robore munitus, in Portai Bassæ prætoriam invehitur: triremique potitus eum fuga elapsum non invenit: nam ille, ut in Christianos victoriam inclinare prospexisset, clam è sua prætoria Scapha exceptus abjectis dignitatis insignibus, evaserat. Tanti fuga Ducis, ut Turcis adimere, ita nostris adjicere animos visa est. Tandem Austriacus & columna aliorum Ducum ac militum viribus suffulti, cum Ali per tres fere horas acerrime dimicantes singulari virtute hostium regiam superarunt, Turcis quam plurimis contrucidatis. Ali, dissiliente ligni fragmento ex adacta pila de triremi Pontificia, cui præerat Alfonsus Appianus, summum caput effringitur, duplicique vulnere transfoditur. Exangui detrahi Spolia, caput abscindi, idque in hasta suffixum extolli Austriacus imperavit: Turcarumque vexillis depressis, ac Signo Crucis erecto, captam hostium Imperatoriam post regiam suam agebat

remulco, victoriam clamans. Interfecti hostium Imperatoris cognitum os, & vincentium Christianorum clamor illico totis classibus exauditus, ac precipue salutare Christi Signum in hostili prætoria elatum, & nostros alacriores ad victoriam perficiendam fecit, & Turcarum ardorem adeo restinxit, ut capta fuga plerique sibi consulerent. Nec fere jam cædendis, sed colligandis hostibus, spoliisque capiendis victores operam dabant. Multi capti, plures cæsi proceres Turcæ militesque præcipui: non pauci in mare dedere se præcipites, ut vel aquis obruerentur, vel ad continentem enatarent. Complures subsistere mortem deprecantes, tum quod evadendi deesset facultas, tum quod de Christianorum clementia bene sperarent. Sed quæ in subsidiis erant triremes, acriter & ipsæ dimicantes, egregie se quoque præstiterunt. Nam & Bazanus & Requesensius, Cardona, & Linius, aliique præterea Duces, ut quæque pars premi aut laborare videbatur, pro communi fide, quam omnibus debebant, auxilia impigre submisere: ipsique strenue dimicantes, ad victoriam non mediocrem opem contulerunt. Eodem tempore, qui ex Christianis in vinculis apud Turcas durissimam servitutem patiebantur, cum nostros vincere sensissent, alii catenas confringere, alii soluti vinctos solvere, omnesque raptim captis armis ingentem cædem facere.

Dum hostes in acie media, ac sinistro cornu cæduntur, in dextro nostrorum cornu minus feliciter pugnatur. Ibi duo clarissimi ac veterani Duces ex utraque acie inter se adversi constiterant. Joannes Andreas Auria atque Lucialius, ambo strenui & inter se notissimi, quod eadem littora sæpius obiissent. Sed Auria certaminis initio, decem aut duodecim triremibus instructus, in altum

se

se subduxit; sive quod triremes, in quibus dignitatis suæ summa periclitabatur, in discrimen non adducere caute statuisset; seu veritus, ne hostis, qui multitudine navigiorum longe erat superior, cornu latius extenderet, Christianamque aciem circumveniret: id enim potissimum Lucialius agebat, ut nostrorum aciem cingeret, Auriamque à latere prætervectus, ad puppim cum illo congrederetur. Sed id consilii ab Auria fuit anteversum: licet in mare se latius extenderit, seriusque pugnam commiserit: hinc varias subiit reprehensiones, plerisque suspicantibus eum in fugam dare se voluisse. Sed illum alii vindicabant à culpa, quod arte cautus artem eludere studuisset. Quoquo modo se res haberet, graviter hoc loco perculsæ sunt complures Christianorum triremes, in primisque prætoria Melitensis: nam Lucialius nostrorum triremes, quæ ab Auria se disjunxerant, nulloque ordine & incerto imperio mari ferebantur, conspicatus, eas incredibili celeritate continenti triremium agmine circumsepsit: easque aggresus, cæsis propugnatoribus, ferocissime percussit. In hac pugna Jerosolymitani Ordinis milites, quibus est quasi naturale bellum cum Turcis, ad quinquaginta; & S. Stephani equites Florentini complures, Venetique aliquot trierarchæ, arque alii non pauci fortissime dimicantes, cecidere.

Prætoria Melitensis acriter cum Lucialio congressa, tandem in ejus venit potestatem: sed mox à nostris recepta est; Petro Justiniano strenuo Duce, Saucio è Turcarum faucibus erepto gravioremque plagam hostes intulissent, nisi Auria, mox Austriacus, Columna, Venerius, Bazanus, & Cardona, conspecto periculo, celeriter suppetias attulissent, hostemque profligassent. Quos cum

cum Lucialius appropinquantes, & Auriam triremes in se obvertentem conspexisset, virtuteque nostrorum mediam aciem ac dextrum cornu cæsum superatumque fuisse cognovisset, metu ardorem pugnæ remisit: ac relictis quas ceperat triremibus, quam citatissimo potuit agmine in fugam se conjecit. Eum nostri, cum sex aut septem navigiis ad promontorium vela facientem, insectati, reliquas Turcicas triremes, quæ erant ad triginta ad litus allidere compulerunt, easque omnes una dempta remulco extractas, sed inanes, & male multatas receperunt, Lucialio velocissime, ut diximus, effugiente: qui cum semifractis aliquot navigiis, quæ triginta ferme esse ferebantur, Metonem versus, dein Constantinopolim properavit, ut ereptum Melitensibus vexillum captamque triremem, fortitudinis suæ signa, Selymo præsentaret: eum vero, quod jam advesperasset, remigesque fractis viribus defatigati essent nostri persequi nequiverunt. Hostibus igitur maxima ex parte cæsis, compluribus in vincula, reliquis paucis in fugam conjectis, integra nomini Christiano victoria extetit. Qua peracta, nostri, collectis triremibus ac spoliis, in portum se receperunt. Mox sæva exorta tempestate, marique vehementer perturbato, ne in portu naufragium facerent, nihilque inde læderentur, qui victoriam dedit, Deus incolumes protexit. Spectaculum visu fœdum, miserandum, ac terribile omnino erat, cæsorum hominum corpora, cruentatique maris fœditatem, arma simul & confractarum triremium partes undique fluctuantes circunspicere, ipsaque cadaverum supernatantium multitudine remorum pulsum præpediri.

Erat in Regia Christiana, præter alios; delecta quadrigentorum Hispanorum militum manus,

qui sub tabulatis ad longioris pugnæ casus, & ad ultimum discrimen, reservabantur. Ii nutum Austriaci ad consurgendum expectantes, ut primum ex condicto editum surgendi signum audivere, integri vigentesque ex improviso exorti, fessis nostris atque extremo in periculo versantibus successerunt: sublatoque clamore in lassos hostes strictis gladiis impressionem fecerunt. Hæc inexpectata acies, improvisaque procella primo confudit, turbavitque barbaros: mox vasta strage cecidit. Austriacum Hispani complures proceres viri, consilio, manuque prompti, præliando circumstabant. In iis Ludovicus Requesensius, ejus legatus; Bernardinus Cardenas, qui fortiter dimicans mortem oppetiit; Lupus Figueroa, castrorum Magister; Michael Moncada, Petrus Padilia, & alii plerique viri summo loco nati: qui strenue pugnantes egregiæ virtutis specimen ediderunt. In prætoria vero Pontificia, præter fortissimorum militum Cohortem, florentem Romanorum procerum globum Columna secum habebat: in iis erant Pompejus Columna, Zagaroli Dux, quem alii Pontifex legatum adjunxerat, & Prosper ejus frater; Troilus Sabellus, Vicentius Vitellius, & illi quorum virtus, consilium, impigraque opera hoc bello spectata in primis est: ex iis vero Horatius & Virginius Ursini, & Horatius Carasa, strenue dimicantes, invictis animis occubuerunt. Sed hoc prælio egregia virtus etiam eluxit Parmæ & Urbini Principum, Linii Sabaudiensis prætoriæ Ducis, Francisci Diodi majorum triremium præfecti, & Ascanii Cornei. Nec iis in hoste cædendo inferiores fuere, Gabriel Sorbellonus, & Pompejus Spiecianus, Mediolanenses, & alii genere & bellca virtute insignes. Paulus vero Gislerius, Pii Pontificis consanguineus, in hoste proterendo nemini

se-

secundus, strenue dimicans vulnus in faciem accepit, triremem que sibi infestam, cæsis hostibus, aliorum opem devictam in potestatem redegit. Michael quoque Bonellus, Pontificis ex sorore nepos, impiger adolescens, acriter pugnans hostes cædebat. Denique omnes, & Pontificiæ, & Regiæ; & Venetæ classis sive Duces, sive milites tam egregie se gesserunt, ut ope divina ingens ille Turcarum exercitus totus fusus, ad internitionem cæsus, captusve fuerit.

Hunc igitur dies ille memorabilisque conflictus, hora cæptus meridiana, felicem exitum consecutus est: atque tam brevi temporis intervallo, videlicet quatuor circiter horarum spatio, placuit Deo, maximam omnium quæ in mari post hominum memoriam extiterint, victoriam dare Christianis: quæ res eo fuit admirabilior, quo nostri & militum & navigiorum numero erant hostibus inferiores. Et sane perspicere nemo non potuit, id factum esse divinitus: nam ut omittamus id, quod de commutatione venti supra memorabimus, tam ingentem classem, tam longam navigationem, ea anni tempestate, ita brevi temporis intervallo conficere potuisse; egressum fuisse hostem ad Christianos lacessendos, cum alioqui domi suæ tutus esse posset: animadversione plane dignum esse videtur. Sed piratam, qui ad Christianam classem explorandam venerat, falso retulisse, ad LX. triremes nostras retrorsum navigationem intendisse; sicuti Christianis quoque fuerat renuntiatum, è Turcarum classe totidem rostratas naves ad Orientem recessisse; id effecit, ut progredi signaque conferre mutuo, sed nostris fausto errore, decepti utrimque non dubitarint. Divino præterea consilio factum, ut bene mane hostem eo loci nostri prospectarent: nam

 &

& eis fuit otium sese ad pugnam instruendi perficiendique victoriam, & natura loci quantam maximam optare potuissent, rei bene gerendæ præbuit facultatem.

Quibus locus quoque ac tempus favit.

Sinus ille Jonii maris ad Naupactum, ubi res gesta est, theatri speciem præbens intuentibus, in circuitu patet amplius ducentis quinquaginta millibus, oris ad viginti quinque millia passuum inter se distantibus. Ab ortu solis ora, Peloponnesi & Ætoliæ montibus cingitur; à meridie Zacynthum insulam, ab occasu Cephaleniam, & Leucadem respicit. Qua in orientem spectat, mille fere passus procul à continenti, tres eminent Scopuli, nunc Corzulares insulæ, Echinadæ olim appellabantur; sive quod præacuti illi scopuli spinosi echini formam referant; sive quod ibi echinus piscis (utrumque enim verum est) copiose à piscatoribus capiatur. Sed nomen antea fere ignotum & obscurum celebris hæc victoria nobilitavit. Cæterum victores, duces, ac milites, ad Petalam portum recepti, inter se mirifice gratulantur: alter alterius egregia facinora meritis extollunt laudibus, omnesque singulari lætitia supinas manus ad cælum tendentes, Omnipotenti Deo rerum bene gestarum auctori Summas laudes, & quam maximas possunt gratias agunt, qui se tantæ victoriæ compotes fecisset, eamque Pii obsecrationibus ac pietati secundum Deum acceptam referentes, quæ liberi parentibus debent, ea se illi debere profitentur. Mox ad eum & ad alios Principes de rebus gestis nuntios cum litteris decernunt. Ad Pontificem Austriacus Ferdinandum Carillum, Plegi Comitem; Columna vero, Prosperum affinem ac gentilem suum, & Maturinum Romagassium Jerosolymitani Ordinis militem insignem, cum vexillo hostium Ducibus erepto legaverunt. Interea vero

Sed potissimum Pii preces profuere.

nos-

nostri curandis sauciis, prædæ dividendæ, reficiendisque viribus intenti, per aliquot dies adversis fluctibus impediti in illis portubus substitere.

Cæsa feruntur eo die triginta fere hostium millia. Nobiliores duces & trierarchæ omnes, pars cæsi pars capti sunt, præter Portaum Bassam ejusque filium, & Lucialium; quibus cum alii pauci, ut diximus, fugam arripuerunt. Recensendis captivis, qui vivi in potestatem nostrorum venerunt, in partitione quidem prædæ tria millia quadrinegenti & octoginta sex inventi sunt: sed multo plures privatim occultati, qui in communem sortem non venerunt. Inter alios complures primarios duces ac milites, capti sunt duo filii Ali Bassæ, ex Selymi sorore suscepti, Amathes decem & octo, alter tredecim annos natus, Mahemetes appellatus. Ad quindecim millia Christianorum, quos superioribus annis barbari captivos fecerant, sunt in libertatem vindicata. Ex nostris, censu habito, septem millia quingenti sexaginta sex desiderati sunt: & eorum magna pars Veneti: quatuor namque millia & quingenti ex iis pugnantes cecidere: in quibus complures clari viri Ducesque fortissimi; ut, præter Augustinum, & alios quos supra memoravimus, Benedictus Superantius, Vincentius Quirinus, Joannes Lauretanus, Hieronymus & Marinus Conterani, Georgius & Andreas Barbadici, M. Antonius Landus, Antonius Pasqualicus, Franciscus Bonus, Hieronymus Venerius, & alii, quos recensere longum esset.

Cæsis 30. millibus Turcorum. capti 3486.

Liberati Christiani ad 15. millia.

Cæsi 7500. Veneti plerique.

Ejusdem vero casus gloriæque participes fuere nonnulli ex sociis civitatibus triremium Præfecti, clari nominis; ut Joannes Baptista, Benedictus Cyprius; Andreas Calergus, Cretensis; Antonius Eudemontius, Cydonensis; Hieronymus Bysantius, Ascriviensis; Jacobus Metius, Dalmata; &

Ja-

Jacobus Trissinus, Vicentinus; qui omnes, singulari fortitudine ad extremum usque spiritum dimicantes, è vivis excessere. Sed hos ac ceteros, qui in nostrorum classe mortem obiere, non tam vis hostium perculit, quam ille pro quo pugnabant sibi pignoratus est Christus: credibile namque est, qui prius Catholico ritu expiati, ac culpis omnibus soluti, tunc vero in Deum intuentes, vitam pro illius gloria profuderunt, eos eodem tempore Angelorum agmine stipatos, triumphantes in cœlum evolasse. Tanta enim belli sacri contra Sanctæ Ecclesiæ hostes vis est, ut quod ex divinis litteris tradunt auctores boni, vel parum probos, Sanctos & Dei Martyres eficiat, ubi vinci salutare, vincere vero gloriosum. Captæ sunt centum circiter & nonaginta hostium, partim triremes partim biremes: quarum centum & triginta erant integræ; eæque omnes omni commeatus, pretiosæ supellectilis, & armorum genere instructissimæ: octoginta, partim triremes, partim biremes, aut fractæ aut incensæ, aut depressæ perierunt, triginta vero plus minus in fugam dissipatæ. E quadraginta triremibus honorariis, quæ quod nocturni luminis ferant signa, Græco nomine Phanones appellantur, omnes, una dempta, in Christianorum potestatem pervenerunt. Enea tormenta majoris famæ centum & sexdecim reperta, minora vero ducenta quinquaginta sex: quæ omnia inter fœderatos, ex lege fœderis, pro rata parte divisa sunt.

Captæ naves 190.

Ceteris perditis aut fuga elapsis.

Utque tantum divinæ clementiæ beneficium, qua par erat pietate, Christianus populus coleret, ad honorem Dei, ejusque Sanctissimæ Genitricis Virginis Mariæ (cujus potissimum precibus & auxilio tantam se victoriam adeptum esse profitebatur) Pius V. Pontif. Max. nuntio accepto de re be-

bene gesta, instituit, ut deinceps in perpetuum Nonis Octobris, Commemoratio Sanctissimæ Mariæ de Victoria in Ecclesia Catholica pie recoleretur: ut hoc videlicet eximio divinæ benignitatis monumenta posterorum animi, ad agendas Deo ejusque Parenti gratias excitati, in eam spem erigerentur, posse nostræ religionis hostes (modo in unum Christianorum sensus viresque conveniant) omnino vinci, profligari, delerique; presertim si non tam in armis, quam in ope divina (uti tunc factum est) spes reponatur, peccatorumque sordibus elutis, puræ ad Deum preces effundantur, atque Genitricis ejus Mariæ subsidium sedulis votis imploretur.

Sed ad victricem classem redeamus: victores Duces, classis viribus instauratis, concilium advocant, & quid agendum, consultant. Alii hostilis regni caput Byzantium petendum, alii Naupactæum Sinum & oras, alii alias expeditiones aggrediendas, ac dum victoribus calerent animi, hostesque timor occuparet, bellum fortiter prosequendum suadebant. At cum remigibus fere spoliatæ triremes essent, militumque bona pars vulnerati, plerique decederent, alii decumberent; & qui pugnare possent, vix sex millia superessent, & copiarum, quas præsidio relinqui oporteret, & commeatus laborarent inopia; tum vel maxime, quod præcipitaret autumnus, hiemsque procellas minaretur; in hiberna redire constituerunt: eo tamen consilio, ut vere novo, statim in altum prodirent, & conjunctis armis ad infestandos intimos hostium fines, aperto liberoque mari progrederentur. Interim vero terra Maximilianus Cæsar in Pannonia viginti peditum, equitum vero quatuor millibus, quæ illi fœderati Principes, offerebant, bene suffultus, bello Selymum urgeret:

&

& Sarmatæ, Moschovitæ, Persæ, Tartari, aliæque Turcis finitimæ gentes, ad proximas Provincias bello petendas evocati, concurrerent: ut terra marique undique circumvallatum, quod Pius moliebatur, Ottomanicum everteretur Imperium. His igitur constitutis, Austriacus cum regia classe Messanam, inde Neapolim, summis honoribus exceptus concessit; Venetus intra portus suos continuit sese; Columna triumphans Romam contendit.

Cartas de Albar Gomez de Castro á Ambrosio de Morales en el año de 1570. sacadas del Archivo de Don Luis de Salazar y Castro.

SEÑOR.

Logro es dar á Vmd. noticia de qualquiera cosa, pues la paga con tanto colmo; por todo beso las manos á Vmd. y Dios le guarde y le dé mucha vida, para que sus amigos y servidores gozen de tan erudita y provechosa curiosidad; recibí las monedas que traxo Abila, que son quatro: dos de Recaredo, y otra de Liuva, y otra de Recesvinto. Cierto son cosas dignas de buscar y de ver: *sed super alias omnes Sancti Hermenegildi nummus.* Vmd. tiene razon de estar muy contento cón él y estimarle y reverenciarle, el reverso donde á Vmd. le parece que es la ancora y cabestante, es cierto una figurillá de una *victoria*, y aquello que tiene á el un lado es alas, como Vmd. verá por otro de la misma hechura, que tengo yo del Emperador Justino, que dice: *victoria aug.* y hasta el rostro parece la misma figura, y tiene tambien aquella asa con una cruz que á Vmd. le pareció carro; Vmd. le verá, y juzgará, creo yo, lo que digo. Lo de *Emerita Victor*: es por lo que escribe Don Rodrigo. lib. 2. cap. 15. donde hablando de Recaredo, dice así: *Egit etiam gloriose bellum adversus infestas gentes fidei auxilio sublevatus. Francos. n. cum IX. ferme millibus armatorum Galliam Goticam irruente, misso ad-*

adversus eos Emeritensi duce Claudio, glorioso triumpho repulit, & postravit. Lo de Uvilti-rico que puso *tarraco pius*, creo que fué porque habiendo ido contra los Romanos, que como Vmd. mejor sabe, tuviéron siempre á Tarragona, hasta que los acabáron de echar, cierta gente de ellos que captivó, dándoles la vida, los truxo presos á Sigüenza. Don Rodrigo dice así: *Nunc cum adversus Romanos bellum sæpius intentasset, semper ingloriosus est inventus, nisi quod quosdam milites ducens Segontiam captos cepit.* Dícelo mas claro Don Alonso de Cartagena: *Nisi quod quosdam milites captos duxit Segontiam.* San Isidro en los Crónicos de donde todos lo debiéron de tomar, dice: *Præter quod milites quosdam Segontia perduces obtinuit.* Creo que en esto hay mentira, porque puede decir: *Segontia per Duces obtinuit.* Y entónces habrá de decir *Segontiæ*, ó haciendo la una parte perducens; y entónces concertará con Don Rodrigo y con Don Alonso, y dirá *Segontiam perducens.* Parece que la moneda da á entender, que habiendo ido sobre Tarragona, y captivándolos, no los dió la muerte, sino que los dexó presos en Sigüenza. Esta es mi sospecha, Vmd. lo juzgará mejor, y me avisará su parecer.

Lo de la moneda de Recaredo, donde yo dixe á Vmd. que estaba Justo y Selva, me engañé: porque no es sino *Elvora justus*: como he entendido por esta otra moneda, salvo que en la mia está mas mal apuntado y mas mal escrito. Si este se encarga de ello, llevará ahora las monedas que Vmd. pide, y mas otras dos con un nombre extraño, *scilicet*, la una de co-

bre,

bre, y la otra de plata: la una tiene por reverso un castillo mas abierto que el que en las de los Reyes de España hay, y muy conforme á unos que estan en las sepulturas de Bamba, segun dicen está en Santa Leocadia, la que está junto al Alcázar de Toledo. La otra unas dos estrellas, y dos como herrones de la manera que Vmd. verá con esta letra Toletum. Por las facies tiene esta letra ANFUS REX. Yo he sospechado si es síncopa de Alfonsus, pero entónces es la dificultad que el nombre seria Anfonsus, mas esto no es como Vmd. verá por esotra Arábiga, que es harto notable: donde de la una parte topará Vmd. una cruz grande entre letras Arábigas, y abaxo Alf. hame dado á pensar que el Rey Don Alonso que ganó á Toledo, como los dexó Justicias y Alcaldes y Escribanos Moros, y que las escripturas se fortificasen con firmas Arábigas, tambien debió de dexarlos por entónces el Cuño Arábigo.

En la de Bamba verá Vmd. que está escrita así Vvanba: donde ántes de la B. esta n. por donde sospecho que aquella B. era F digama Aeolico; porque alias no pusieran n. ántes de B. Lo que Vmd. manda de ver aquella escriptura de la puente, yo procuraré que se haga.

En las emiendas haga Vmd. todo lo que mandare; y tambien se advierta del maría; porque yo desde que Vmd. me lo avisó, marina tenia puesto.

En lo de Don Sancho de Roxas por la historia del Rey Don Juan, hallará Vmd. que aquel no pudo ser el Arzobispo de Toledo, porque este murió el año de 23, y la fecha de esotro de Cordoba es de muy mas atras. Sospecho que

debió de ser de otro Don Sancho de Roxas, que fué Obispo de Astorga; de quien mas adelante la historia hace mencion. Nuestro Señor &c. B. las manos de Vmd. su servidor = Alvar Gomez. El Señor Gallego lleva seis monedas, tres de oro Wittericus, Tarracopius, Recaredus, Elvora justus, y la de Justino con la victoria: tres otras, una de cobre y otra de plata, donde está Anfus. y la Arábiga donde está la cruz = en el sobrescrito se lee así: á mi Señor Ambrosio de Morales, Cronista de S. M. mi Señor en Alcalá.

Carta segunda.

Señor: las quatro monedas Góticas que Vmd. envió, lleva el Señor Marcos Hernandez, lleva mas otras cinco mias, la de Bamba, que no se llevó el otro dia de Suintila, de Chintila, de Recesvinto con reverso *Emerita pius.* Otra de Justino á mi parecer con otra victoria, como la que está allá del mismo Justino, y como la que Vmd. tiene en el Santo Ermenegildo, y porque este Señor es mensagero cierto, y no habrá tan presto otro que las trayga, suplico á Vmd. que estas cinco y las otras seis, él mismo las vuelva con el quaderno de los Arzobispos. El *Emerita pius* de Recesvinto debió ser por algun templo que allí hiciese: pues de Concilio no hay memoria; escriba Vmd. su parecer largo, y envíeme los erratos de la historia si estan impresos ::: Nuestro Señor guarde á Vmd. en su santo servicio. De Toledo 25. de Enero de 1570. B. la mano de Vmd. su servidor = Alvar Gomez. Si muchas de estas mone-

nedas viniesen á mi poder, todavía me pondria á dar alguna noticia de estos números = en el sobrescrito se lee así: á mi Señor Ambrosio de Morales, Cronista de S. M. &c. mi Señor en Alcalá.

Nota. La copia de estas dos cartas está arreglada al manuscrito de que se sacáron. La carta segunda y la original del mismo Albar Gomez, la primera y una copia de buena letra. Una y otra quedan en el Archivo que está baxo mi custodia, en Montserrat de Madrid.

Fr. Benito Montejo.

IN-

INDEX

HUJUS TOMI III.

lu-

OPUSCULE
DE
MORALE

III


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm